R. 30923

19. a. 2. 28

19a - 403

Caja C-23

Caja
c-96

# Boetius cum triplici commento.

Anitij Manlij Torquati Seuerini Boetij Ordinarij Patritij viri exconſulis Conſolatio philoſophica: ⁊ diſciplina ſcholarium: Cuʒ argutiſſimis diui Thome: ⁊ Jodoci Badij Aſceñ commẽtarijs nuperrime impreſſa: ⁊ accuratiſſime ab Humberto montemoretano emaculatis erroribus correcta. Cui vltra veterem editionem exactiſſimã Raymũdi Palaſini albieñs dicti valderici adiecimus difficilium locorum: nec prius a quopiam tactorum explanationem. Cuʒ emẽdatiõe eoꝝ q̃ in textu per ſcriptores deprauata fuerãt. Adiecimus ꝙ acutiſſimas eiuſdẽ cratonicas in quintũ librũ q̃ões: circa prouidẽtiã ⁊ liberũ arbitriũ: Metricaq; in oẽs libros argumẽta: cũ eiuſdẽ hiſtorijs aſtrologica quedã per eũ explanata ad oculuʒ premonſtrãtibus: vt ⁊ legãt ſtudioſi ⁊ videãt. Adiecimus ⁊ Sulpitij carmen iuuenile de moribus in mẽſa ſeruãdis. Quintiliani preceptũ de officio ſcholaſticorum erga preceptores: perutilemq; Humberti Mõtiſmoretani de ingenuis adoleſcentũ moribus libellum.

¶ Tetraſticon in laudem Raymundi palaſini.

Perpulchre enarrat ſenſa occultiſſima Thomas.
  Cultior at Badius ſi mihi credis erit.
Quid Raymundus? habet quedam non dicta: quid hoc eſt?
  Vis dicam verum? celſior iſte volat.








¶ Raymundo palaſino viro vndecūq; doctiſſimo Jacob⁹ ſoqualba de terminis Narbonēſis cum elegia celebritate Carmen.

Salue doctrine cultor digniſſime mitis
Salue aquitanigene lucida gemma plage.
Salue catholici felix luſtrator honoris.
Salue grammatice lector amene dapis:
Parua cytoriaco modulabar carmina plectro
Atq; dabam celeri prouida ſenſa fide.
Laurigero circum notiſſima flumina phebo
Saxaq; pegaſei ſcrupea ſiue lacus.
Vix mea caſtalio deſcenderat orbe thalia
Vix bene cygneos ſumpſerat atq; ſonos.
Cum mihi clerorum proles aquitana benigno.
Carmine dictauit: quo tibi ſenſa darem.
Tunc mea terribili correpta eſt muſa furore
Ut caneret ſtudio ſenſa notata tuo.
At ſi deficiunt tanta ad faſtigia nerui:
Et tremit: ardenti que prius ore fuit
Non ſecus ac velox que maxima flumina nauis
Carpere colliſo remige parua cupit.
Et cadit in paruos auerſo flamine riuos
Dum ſibi nereides vela ſecunda negant.
Attamen haud mirum eſt duros ſi denegat axes
Sumere: vel currus ere vigente graues.
Nam tua mellito dicuntur plena lepore
Munera & antiqua dexteritate vigent.
Nam tua ſocraticas oſtentant ſenſa camenas
Zenonis mores dulce Solonis opus.
Carmina doctiloquos ferientia duriter artus
Non tua corda iuuant nec bene ſenſa decent.
Sed celebres nitida tulli dulcedina laurus
Eloquiū; Criſpi claraq; dona Sabi.
Preterea humane commertia limpida genti.
Que preſtas clario vix agitata deo
Linquoq;: & hebreas dulci ſpiramine cartas.
Et bene moſea dogmata ſcripta manu
Qz ſimul armos potas de fonte liquores
Qz bene caſtalij leta fluenta iugi.
Et colis omnigenos diuerſo ſydere fructus
Officiumq; capis iuſticiam beas.
Ceſarei ſequeris laudata volumina iuris.
Pontificiſq; manu dicta notata graui.
Ergo vale ductor caſtarum clare ſonorum
Caſtalij fontis pieriiq; lacus.
Vale ſiſq; felix.

¶ Jacobi ſoqualbe Narbonenſis ad acutiſſimos aquitanie iuuenes ſuauiſſima muſarum Miropolia exhortatoriū; ad virtutem Carmen.

Gaudia perpetuo tyrones prendite ſeclo
Et date facundis corpora feſſa iocis.
Gaudia blanditias riſus preludia cantus
Atq; voluptatis ſumite ſigna vage.
Turtur vt egregijs coniungens carmina ſiluis
Robora cum frondent & nemus omne viret.
Nam manet Aeratis centum cōpreſſa cathenis
Bellua virgineo que dedit arma Thoro.
Ac ſtygios etiam pleno de gurgite fontes.
Potat & obſceni lubrica ſenſa vadi.
Dant cui mortiferas ferientia vulnera penas.
Tres crebi reges eumenideſq; dee
Inde per aſſiduas venit prudentia ſedes
Et canit aurata dulcia verba cheli.
Huic menſas epulis grandes onerauit opimis
Impoſuit vaſis bachica vina nouis:
Et diuerſa parat labris fomenta vetuſtis
Ingerit & vario viſcera leta rogo
Quare agite o iuuenes virtutem diſcite puram
Qua duce tranquillum nauita carpit iter.
Qua terit immenſi ſpacioſa pericula ponti
Qua tumidos fluctu horriſonaſq; vias.
Et pius Aeneas felices iuit ad agros
Atq; ſui nouit corpora cara patris.
Fortiter & varias heros tyrinthius artes.
Fac tulit & claros dignus adire polos.
Antea qui domuit lybica tellure gygantem
Buſirimq; trucem cerbereumq; canem.
Eſonides vigilem populo mirante draconem
Hac ſuperauit agris flammiuomoſq; boues.
Hac duce gorgonei ſubſtraxit numinis arma
Perſeus & gelidum peruolat inde polum.
Et cupidi vicit monſtrum memorabile fluctus.
Quod ſubito natam dente vorare parat.
Idcirco iuuenes mulcet quos maſcula virtus
Ethereiq; lacus Ambroſieq; dapes.
Carpite caſtarum celeſtia dona ſororum
Delicias phebi claraq; ſceptra iouis.
Valete & veſtrum terminis ſi
merito habet amate.

¶ Sancti Thome de aquino ſuper libꝛis Boetij de conſolatione philoſophie commenti cum expoſitione pꝛoemium feliciter incipit.

Philoſophie ſeruias opꝫ vt tibi cõtigat vera libertas. Hec ſunt ꝟba Señ. viij. ep̄la ad Lucillũ. Qꝛ vocari phiaꝫ ſciaꝫ veritatis recte ſe hꝫ ex. ij. Metaphiſice. Et phia affert delectatiões mirabiles firmitate ⁊ puritate ex. x. Ethico. Et mult̄ viſa ē phia res mirabilis ⁊ diuſa: ex de celo ⁊ mũdo Ariſt. Itē ꝙ nulla ſcia ſil̄is ē phie: q̄ clarificat aiaꝫ ⁊ facit delectari eā ĩ hoc ſeculo ĩ ꝑfectiõe ⁊ rectitudie. ex libꝛo de pomo et moꝛte. ⁊ phia trahit hoĩeꝫ ab obſcuritate ignoꝛãtie ad ſciaꝫ a tenebꝛis ſtulticie. ad lucē ſapiētie: ⁊ ad claritatē itellectꝰ. Ex eodē lib. Ariſt. Itē qꝛ phia a ſupſtitiõe liberat: metũ moꝛt̄ nõ cõturbat: ſꝫ Tul. ĩ lib. de finibꝰ bonoꝝ ⁊ maloꝝ: iõ Señ. has ⁊ ꝯſimiles ꝯditiões ⁊ affectꝰ laudabiles phie aduertēs hoꝛtat̄ nos ad ſeruitiũ phie ĩ ꝓpoſitiõe ꝓpoſita ſic dicēs. Phie ſeruias opꝫ. Que quidē ꝓpoſitio põt ꝓbari m̄ltis rõnibꝰ. Pꝛio ſic. Illi opꝫ ſeruire ꝑ cuiꝰ ſeruitutē hoĩ ꝯtingit vera libertas ſꝫ phia ē hmõi: igit̄. Maioꝛ nota. qꝛ libertas ē nobiliſſima ꝯditio quã natura hũana deſiderat ⁊ affectat. Minoꝛ ptꝫ ꝑ eundē Señ. q̄ poſtq̄ ꝑmiſit ꝓpõnē iſtã. Phie ſuias opꝫ. ſubiũgit vt tibi ꝯtingat ꝟa libertas. ⁊ paucis ĩterpoſitis dĩ. Hoc eñ. ſ. ipꝫ ſeruire phie libertas eſt. Pꝛobat̄ ſcðo ſic. illi opꝫ ſeruire q̄d animum ꝑficit: vitã diſponit: actiões regit: agēda ⁊ omittēda demõſtrat: ⁊ ſine q̄ nemo eſt ſecurꝰ. phia eſt hmõi: igit̄ ⁊c. Maioꝛ not. Nã iſte ꝯditiões ſũt de ꝑfectiõe hoĩs. Minoꝛ declarat̄ per Señ. xvj. ep̄la ad Lucillũ. vbi loquēs de phia dĩ. Hec animũ foꝛmat ⁊ fabꝛicat: vitã diſponit: actiões regit: agēda ⁊ omittēda demõſtrat: ſedet ad gubernaculũ: ⁊ ꝑ anticipia fluctuãtiũ dirigit curſuꝫ: ſine hac nemo ē ſecurꝰ. Pꝛobat̄ tertio ſic. Illi eſt ſeruiēdũ q̄d tradit cognitiõi vltimi finis magnũ ĩcremētũ ꝯfert ad vitã ex. j. Ethi. Minoꝛ declarat̄. Nã vltimꝰ finis vite hũane ē btitudo: cuiꝰ cognitiõeꝫ phia tradit. Dicit eñ phia ĩ. iij. de ꝯſolatiõe. ꝓſa. ij. ꝙ btitudo ē ſtatꝰ oĩꝫ bonoꝝ aggregatiõe ꝑfectꝰ: ⁊ ĩ eodē. iij. oñdit phia in q̄ ſit vera btitudo ⁊ q̄o ad eã ꝑueniat̄. Pꝛobat̄. iiij. Illi opꝫ ſeruire q̄d facit hoĩeꝫ parē deo. phia ē hmõi: igit̄ ⁊c. Maioꝛ no. de ſe. Minoꝛ ptꝫ ꝑ Sene. xlix. ep̄la. ad Lucillũ. q̄ dĩ Hoc eñ ē q̄d mihi phia ꝓmittit vt me parē deo faciat. Pꝛobat̄ q̄nto. Illi ē ſeruiēdũ q̄d ē magiſtra oĩꝫ ſciaꝝ nutrix oĩꝫ ꝟtutũ. ſummũ ſolatiũ lapſoꝝ aĩoꝝ: q̄d ē ꝑuiũ veri luminis: ⁊ cuiꝰ exhoꝛtatio ē recta ſui autoꝛitate digniſſima. phia ē hmõi: igit̄ ⁊c. Maioꝛ not. qꝛ rõnabiliter ꝓpter has ꝯditiões laudabiles alicui ſeruit̄. Minoꝛ declarat̄. Nã phia ē magiſtra oĩꝫ ꝟtutũ. ex ꝑmo de ꝯſolatio. ꝓſa. iij. Ipa ē nutrix oĩꝫ ꝟtutũ. ſcðo de cõſola. ꝓſa. j. Ipa ē ꝑuia veri luminis. iiij. de ꝯſo. ꝓſa. j. ⁊ eiꝰ exhoꝛtatio ē recta ſui autoꝛitate digniſſima. v. de cõſo. ꝓſa. ꝑma. ſic ergo ptꝫ ꝓpoſitio declarata q̄ dĩ phie ſeruias opꝫ. ¶ Sꝫ diceres q̄d mihi ꝓdeſt phia: ſi fatũ eſt: Quid mihi ꝓdeſt phia ſi deꝰ rectoꝛ eſt. Quid mihi ꝓdeſt phia ſi caſus ĩperat: Ad hoc r̄ndet Sene. xvj. ep̄la ſua. Siue inexoꝛabili lege lata nos ꝯſtringũt: ſiue deꝰ arbiter vniuerſi cuncta diſponit: ſiue caſus actiões hũanas ſine oꝛdine impellit ⁊ iactat adhuc phie iſiſtēdũ eſt. Phia eñ nos tueri hꝫ. Hec eñ exhoꝛtatur vt libēter deo placeamꝰ: vt ipꝫ ſequamur. vt ꝯtinue foꝛtune reſiſtamꝰ: ⁊ vt caſuꝫ feramꝰ. Licet aũt oẽs hoĩes natura ſcire deſiderēt. tñ pauci de quo doloꝛ ē: phie vacãt. Q̄d iõ ꝯtingit. qꝛ pluresomiſſis delectatiõibꝰ ĩterioꝛibꝰ ad delectatiões fugiũt coꝛꝑales. Nõ tñ opꝫ delectatiões coꝛꝑales eē eligibilioꝛes ĩterioꝛibus. qꝛ delectatiões coꝛꝑales ĩpediũt a ſummo bono: ĩterioꝛes aũt ad id ꝓmouēt. vñ Bo. ĩ tractatu de ſum. bo. dĩ. Dolere debēt q̄ delectatiõibꝰ ſenſualibꝰ detinent̄: bona ĩterioꝛa omittēdo. Nã dediti bonis ſenſualibus ſumma bona nõ attingũt. Quos hoĩes ſenſuales Boe. iiij. de ꝯſola. ꝓſa. iiij. cõparat: veſptiliõibꝰ dicēs. Nequeũt eñ oculos ſuos tenebꝛis aſſuetos ad lucē ꝑſpicue veritat̄ attollere: ſimileſq̄ ſunt auibꝰ quaꝝ intuitũ nox illuminat: dies excecat. Et lꝫ hoĩes ſenſuales ⁊ vulgares nõ magnificēt nomē phie: ſed magis blaſphemēt. nihilominꝰ tñ phia in ſua dignitate ꝑſeuerat. teſte Señ. xiij. ep̄la ad Lucillũ. Nũq̄ int̃m cõualeſcet neq̄tia: nũq̄ ſic ꝯ ꝟtutes ꝯiurabit: vt nõ phie nomē ſacrũ ⁊ venerabile maneat. Sꝫ diceres philoſophari nõ valeo qꝛ paup ſum: ſꝫ ſi diuitias habuero totũ me phie dabo ⁊ hoc vr̄ rõnabile: qꝛ natura ꝑ ſe nõ eſt ſufficiēs ad ſpeculãdũ: ſꝫ opꝫ cibũ ⁊ potũ ⁊ reliquũ famulatũ ꝓexiſtere. ⁊ ꝓ tãto ſacerdotes ĩ egypto habitis neceſſarijs ꝓpter ammirari ceperũt philoſophari. Hec excuſatio rõne pauptatis nõ vꝫ. Audi Sene. xvj. ep̄la ad Lucillũ q̄ dicit: nõ eſt ꝙ nos pauptas a phia reuocet: ne egeſtas q̄dē. Tolerãda ē eñ ad hãc ꝓperãtibꝰ vel fames quã tolerauerũt q̄dã in obſidionibus. Et q̄d aliud erat ꝓmiũ patiētie illoꝝ q̄ in arbitriũ nõ cadere inimicoꝝ. quãto hoc magis ē quo ꝓmittit̄ ꝑpetua libertas: nulliꝰ hoĩs timoꝛ: ⁊ q̄d animũ liberat a furoꝛibꝰ. Mult̄ eñ ad philoſophãdũ obſtitere diuitie. Pauptas aũt expedita ſecura ē. Si vis aĩo vacare paup ſis opꝫ: aut pauperi ſimilis: qꝛ nõ põt ſtudiũ ſalubꝛe fieri ſine cura frugalitat̄. frugalitas aũt eſt volũtaria pauptas: hec Sene. Vex ē igit̄ ad philoſophãdũ exigunt̄ neceſſaria. ſꝫ ſufficiũt homini pauca. Nõ eſt opoꝛtet futurũ felicē deũ terre ⁊ maris eē: qꝛ natura paucis minimiſq̄ cõtenta eſt. ex ſcðo de cõſolatio. ꝓſa. v. Pꝛoijce ergo omnia a te: ⁊ ad phiam magno curſu totiſq̄ viribꝰ intende. hec Sene. xvij. ep̄la ad Lucillũ. Phie ergo ſeruias opoꝛtet vt tibi cõtingat vera libertas: vt tibi cõtingat vera ſecuritas: vt tibi noteſcat felicitas: vt par deo fias: ⁊ ꝓcipue vt in aduerſitatibꝰ ⁊ tribulatiõibꝰ poſitus ꝑ ipam veriſſime cõſoleris: exẽplo Boe. quē philoſophia in exiliũ relegatũ ab oĩbus bonis pulſam dignitatibꝰ exutũ: multis miſerijs afflictũ dulciſſime cõſolabat̄. de cuiꝰ philoſophie conſolatione agitur in lib. Boe. qui intitulat̄ liber de cõſolatione philoſophie. de quo ad pꝛeſens noſtra eſt intentio. Hec ſufficiant de introductiõe huius libꝛi. ¶ Sed anteq̄ ad literã accedamꝰ quinq̄ ſunt pꝛemittenda. Pꝛimũ de cauſa ſuſcepti operis. Scðm de cauſis huiꝰ libꝛi. Tertiũ de titulo huiꝰ libꝛi ⁊ eiꝰ expoſitione. Quartũ de cã intitulatiõis ꝓſentis libꝛi. Quintũ de generali ſumma ⁊ ſentētia huiꝰ libꝛi. Circa pꝛimũ videlicet circa cauſam ſuſcepti operis: quare Boe. hũc libꝛũ cõſcripſit eſt ſciēdũ. ꝙ Boe. vir eximius conſul romanꝰ fide catholicus extitit: qui diſputans de fide catholica cõtra duos hereticos ſcꝫ cõtra neſtoꝛiũ ⁊ Euticem: cũ nullus eſſet q̄ eis reſiſteret: Boe. ipſos ĩn cõmuni conſilio deuicit: ſicut ptꝫ in libꝛo de duabus naturis in xp̄o. Tempoꝛe vero theodoꝛici regis gotthoꝛũ cũ idem Theodoꝛicus tyrãnidem ſuam contra romanos vellet exercere: ⁊ quoſlibet bonos oppꝛimere. Boetius virtute dei armatus plus oĩbus alijs ſibi reſtitit: ⁊ quos tyꝛãnica rabies inuaſerat Boe. amoꝛe iuſtitie exponens ſe periculis ipſos liberauit. Vidēs autem Theodoꝛicus rex gotthoꝝ ſolũ ipſum boetiũ

Cã huius opis ſuſcipiendi.

Ubi reſiſtentem: cogitabat qualiter ipm pderet: ⁊ cū iuſtā cām cōtra eū nō inueniret duas falſas cās cōfin
xit. Dicit em̄ boetiū impediuiſſe quendam delatorē ſibi literarū q̄ cōtinebāt accuſationē ſenatus romanoꝝ
vt ſic ſenatꝰ redderet reus leſe maieſtatis. Hāc cām tāgit Bo. pſa. iiij. huiꝰ pmi dicens. Delatorē ne docu⸗
mēta deferret q̄bus ſenatū maieſtatis reū faceret impediſſe criminamur. Scḋo accuſabat Boe. ꝙ quaſdā
literas dixeriſſet ad impatorē cōſtātinopolitanū p quas reſtitueret libertatē priſtinā ipis romanis. Hanc
cām tāgit Boe. eadē pſa ſic dicēs. Nā de ꝯpoſitis falſo literis q̄bus libertatē arguor ſperaſſe romanā quid
attinet dicere. His de cauſis Boe. p viles pſonas: ⁊ infames accuſatꝰ: indefenſus: reus eſt iudicatꝰ ⁊ a rege
Theodorico papie in exiliū relegatꝰ Boe. aūt in exilio poſitꝰ. ꝓter itā pſperitatē ſecū reputās ⁊ p̄ſentē ad⸗
Cā huius operis.
uerſitatē cōſiderās ne aliq̇s hō in ſimili ſtatu poſitꝰ deſperaret: ſꝫ vū cōſolaref haberet: philoſophicā cōſo
lationē cōpoſuit cōtra mutabilitatē fortune. Ex q̄bus dictis ptꝫ: ꝙ cā ſuſcepti opis eſt illa quatenꝰ boetiꝰ
ſe in exiliū relegatū ab oībus bonis depulſuꝫ: dignitatibꝰ exutū: philoſophice tuereſ: volēs cōſolari quēli
bet hoīem in ſimili ſtatu poſitū: ne deſperet ſiſr eē cōtuendū. ¶ Scḋo videndū eſt de cauſis huiꝰ libri: cuiꝰ
cā efficiēs fuit Boe. q̇ deſcribēs materiā huiꝰ libri vtiſ tā pſa ꝙ metro: imitatū martianū felicē capellā: q̇
in deſcribēdo nuptias mercurij ⁊ philologie hoc ſtilo vſus eſt: de q̇ fit mētio vbi dr. Egregiā ſobolē cui p ſtil
bontis amorē. Ui ſuperū magna ſociaſti teſte capella. Licet iſte liber boetij multū excellat librū martiani
tā nobilitate materie ꝙ ꝑuilegio eloquētie. Boe. em̄ nec Tullio in proſa: nec Uergilio in metro minor repu
tatur. Utiſ aūt Boe. in hoc lib. pſa in q̄ ponit rōnes ad ꝯſolandū boetiū: pbādo ꝙ nō ſit dolendū de amiſ⸗
ſione rerꝝ tēporaliū. Utiſ aūt metro delectabili: vt diū audiaſ meror obliuioni tradaſ. Cā materialis huius
libri eſt philoſophica cōſolatio ordinata ad cōtemptū mūdanoꝝ ⁊ ad appetitū ſumme felicitatis vel phi⸗
loſophica cōſolatio pſuadēs neminē extolli in pſperis: nec deprimi in aduerſis. Uel aliter. Cā materialis
ſiue ſubiectū huiꝰ libri ē ſtatꝰ miſerabilis Boe. philoſophica cōſolatione ſupinducta. Cauſa formalis tra
ctatus huiꝰ libri cōſiſtit in eiꝰ diuiſiōe. de qua videbiſ poſt. Cauſa aūt formalis tractādi eſt modꝰ agendi
boetij: ⁊ eſt dialogꝰ. i. ſermo duoꝝ. introduxit em̄ boe. in hoc lib. duas pſonas: ſcꝫ ſeipm ſuā miſeriā deplan⸗
gentē: ⁊ phiam ſibi cōdolentē ⁊ ipm ſup ſua miſeria cōſolantē: ⁊ hoc eſt rōnabile. Nā ſm beatū Greg. Ue⸗
rus ordo cōſolatiōis eſt: vt cū volumꝰ aliquē a merore ſuſpēdere: prio ſtudeamꝰ luctui eiꝰ cōcordare vel iō
cā formalis eſt dialogus: q: in quadā parte huiꝰ pmi libri phia introducit fortunā ipm Boe. alloquētē vbi
incidit quedā figura tropi que vocaſ ethopea. De qua dr greciſ. Et introducit aliq̇s ethopeia loquētes: vt
cū fortuna loquiſ Bo. ipa. Uel pōt dici ſm cōiter loquētes: ꝙ cā formalis tractādi eſt quintuplex. diffiniti
ua. diuiſiua. pbatiua. improbatiua. ⁊ exēploꝝ poſitiua: ſicut videbiſ i lib. Cauſa finalis huiꝰ lib. ē vt ipo co
gnito noſipos ⁊ quoſlibet alios i aduerſitatibꝰ ⁊ tribulatiōe poſitos philoſophica ꝯſolatiōe tueamur: et
ne extollamur in pſperis ⁊ deprimamur in aduerſis. ¶ Tertio videndū ē de titulo huiꝰ lib. ⁊ de eiꝰ expoſi
Titulus opis.
tione. Ubi ſciendū ꝙ titulꝰ ſm Remigiū ſup donato ē clauis ſiue igreſſus opis ſequētis. Et dr titulꝰ a titā
q̄d ē ſol: ſicut em̄ ſol illumīat mūdū: ſic titulꝰ librū. Et p̄poniſ titulꝰ libro ad cōſūmationē opis: ⁊ ad laudē
Prenomina ⁊ agnomina boetij.
autoris. Eſt ergo titulꝰ p̄ſentis libri talis. Auitij Manlij Torquati ſeuerini Excōſulis Patricij Ordinarij
Boetij viri illuſtris incipit liber de ꝯſolatiōe phie. Sꝫ q̄rit quare tot noīa ꝓpria ponunſ i titulo. Dicunt
aliq̇ ꝙ forte fuit ꝯſuetudo romanoꝝ: vt ſic noīa aſcriberēt auoꝝ ſuoꝝ ⁊ p̄deceſſoꝝ. Uel aliter pōt dici ꝙ plu
ra noīa ponunſ in titulo ꝓpter honorē ⁊ laudē ipſiꝰ boetij: q: ſm Senecam in lib. de clemētia ad neronē
Multa cognomia honori data ſūt. Sicut em̄ vilis pſona nō vult noīari niſi vno noīe q: quāto plꝰ noīaſ:
tāto plꝰ cognoſciſ ⁊ tāto magis ſordeſcit ſic honeſta pſona vult noīari pluribꝰ noībꝰ: vt ſic magis īnote⸗
ſcat ⁊ clareſcat aliīs ſua fama. Nā oēꝫ bonū i cōe deductū magis eluceſcit. Exponit aūt iſte titulꝰ ſic. Boe.
dictꝰ Auitiꝰ a quodā nobili romano ſic dicto. de cuiꝰ gn̄e ipe fuit vel dictꝰ auitiꝰ q̄ſi iuictꝰ. ab a q̄d ē ſine
⁊ vicos victoria. Nunq̄ em̄ Boe. vinci potuit. vt flectereſ a iure ad iniuſtitiā: ſicut ipe teſtaſ i quarta pſa
huiꝰ pmi libri dicēs. Nunq̄ a iure ad iniuriā me quiſq̄ detraxit. Scḋo Boetiꝰ dictꝰ fuit Manliꝰ q: de gn̄e
manlioꝝ fuit q̇ erāt nobiles romani. Tertio boetiꝰ dictꝰ fuit torquatꝰ a quodā nobili romano: ſic dicto: qui
cū ſingulare bellū iniret cū quodam de gallia ipſum deuicit: ⁊ torquē in collo eiꝰ herentē ipſius detraxit:
cuius rōne dictꝰ fuit torquatꝰ. de cuiꝰ genere fuit boetius. Quarto Boetius dictus fuit Seuerinus a ſeue
ritate. Seuerus em̄ fuit cū Theodorico regi gotthoꝝ ſe oppoſuit. vel dictus ſeuerinus quaſi ſequēs verita
tem. Nunq̄ em̄ in iudiciīs: vel amore: vel odio flecti potuit a veritate. Quinto Boet. dictus fuit exconſul:
quaſi vnus ex conſulibus romanoꝝ. vel excōſul quaſi extra cōſulatum poſitus: quē prius habuit. Excōſu
les dicebanſ qui iam depoſuerint cōſulatū. Et licet ab honore cōſulatus ceſſarēt: tamen poſtea plus aliīs
in magna reuerētia habebātur. Sexto dictus fuit patricius a nobiliſſimo romano ſic dicto. de cuius gene
re fuit boetius. Uel alio modo. Patricij dicebāſ nobiles romani q̇ ꝓuidebant reipublice ſicut pater filiorꝫ
quoꝝ noīa ſcripta erāt aureis literis. ⁊ ideo dicebātur patres cōſcripti. de quoꝝ numero vnus fuit patri⸗
cius Boe. propter q̄d dictus fuit patricius. Septimo dicebatur ordinarius: q: rempublicam ordinauit. vel
aliter ordinarij dicebantur qui tante dignitatis erant vt quolibet ordine digni eſſent: ⁊ ſic fuit Boetius
Octauo noīe ꝓprio dictus fuit Boet. quod interpretatur adiutor: q: in neceſſitate pauperibꝰ ſubueniebat
Cā inſcriptiōis huius opis.
Quarto videndū eſt de cauſa intitulationis huius libri. Intitulatur iſte liber de cōſolatiōe philoſophica.
Ubi ſciendum eſt ꝙ philoſophica conſolatio dicitur rationabilis demonſtratio declarans de cuiꝰ amiſſio
ne non eſt dolendum: ⁊ de cuius poſſeſſione non eſt gaudendum. Et q: hoc ꝑtractatur in preſenti libro: iō
Ferrago ſeu ſūma opis huiꝰ
ſic intitulatur. Quinto videndum eſt de generali ſumma huius totius libri. Ubi ſciendū ꝙ Boetiꝰ in hoc
libro oſtendit bona temporalia eſſe tranſitoria: ⁊ non cōſiſtere totaliter in eius totalem veram felicitatē.
⁊ per cōſequens nō eſt dolendum de eoꝝ abſentia: nec gaudendum de eoꝝ p̄ſentia: ⁊ neminem debere ex⸗
tolli in proſperis: nec deprimi in aduerſis. Oſtenditur etiā in preſenti libro q̄d ſit ſummū bonum: vbi ſit ſi⸗
tum ⁊ q̄uo ad ipm perueniaſ. Etiam oſtenditur ꝙ boni ſemper ſunt potentes ⁊ mali ſemper impotētes:
⁊ ꝙ bonis nunq̄ deſunt ſua premia: malis nunq̄ ſua ſupplicia. Poſt hoc oſtenditur q̄d ſit diuina ꝓuiden⸗
tia: quid caſus: quid fatum: quid liberum arbitrium. Et ponit Boe. rationes quibus probat liberum arbi
trium non poſſe ſtare cum prouidentia diuina. ⁊ ponit quorūdam falſam ſolutionem ⁊ eā improbat. poſt
ea oſtendit veram ſolutionem quam rationibus confirmat. Iſta ⁊ alia plura pulchre determinanſ in hoc
libro: ſicut patebit in ſequentibus.

# Proemium explanationis aſcenſiane.

Raymundi palaſini recognitio commentarioꝝ in libros de conſolatu philoſophico ad reue
rendum in chriſto patrem ⁊ do.do. Bartholomeū de māſo ſacre pagine profeſſorem meritiſſi-
mum ac ſanctiſſimi albianorum epiſcopi moderatiſſimum penitentium conſultorem.

Cum in erudiendis diſcipulis (quoꝝ albiēſem gero puinciam) aliquatenus laborās diui ſe
uerini libros illuſtrarē viſumq; id multis nō inutile foret inſtāter me concitarūt vt publice
potius ꝙ priuate cōſulerē vtilitati tametſi indigna (q̄ ederent) putaremus crebris tamen
honeſtiſq; pcibus tādem nos in ſuā traxerūt ſniam. Cogitāti ergo mihi qm̄ qui falſa docet
atq; defendit ſuā fatetur ignorātiam ⁊ ducem ad omne ſcelus imprudētiam quare tuo (pre-
ſtantiſſime vir) fretus cōſilio id oneris ſuſcipere dignoui qui nō mō artium ſplēdore Ciui-
lis pontificijq; iuris intelligētia fulges verum quoq; theologice veritatis pfeſſionē tua adepta eſt pater
nitas: huius itaq; editionis opus cui dedicarem potius ꝙ amplitudini tue nō habebā primū ꝙ multis ac
cepi argumētis ꝙ humaniſſime gratēterq; petita implere coneris deinde ꝙ (cū albigena ſim) tuis poti⁹
ꝙ alienis debeo vti cōſilijs. intimis igitur ſupplico votis vt ſi linceis cōcernas oculis nos in hui⁹ opis edi
tione aliquatenus erraſſe benigne (vt aſſoles) corrigas ac in formā redigas debitā nō arrogātie vel teme-
ritati aſcribēdo: ſed potius ingenij debilitati imponēdo. Uale ampliſſimum literaꝝ decus ⁊ has lucubra
tiones (vt tua cōſueuit paternitas) benigno (ſi opus eſt) emendes animo.

## Proemium explanationis Aſcenſiane.

## Jodoci Badij Aſcenſij in Boetium de conſolatione philoſophie perꝗ familiaris ac grāmaticalis explanationis proemium feliciter incipit.

Uando quidē in exponendis autoribus Seruius grammaticus ſex conſideranda do- Boetij
cuit: autoris vitam: titulum operis: qualitatem diſcendi: ſcribentis intentionē: operis vita
diuiſionē ⁊ eiuſdē explanationē: horum quinq; iam paucis explicabo poſt explanatio-
nem diui Thome: vt multorum iudicium eſt: cōmentarios additurus vitā autoris hui⁹
graphice admodū atq; diſerte doctiſſimus ⁊ perꝗ venerādus pater dñs Joannes tri-
thenius abbas Spanhemeñ. in libro quē his diebus de eccleſiaſticis ſcriptorib⁹ inſcri
ptū edidit. ita cōſequit. Boe. Manlius Seuerinus cōſul ordinarius romanus: phiſ:
orator: ⁊ poeta inſignis: in diuinis ſcripturis doctus: ſic in ſecularibus literis oīm ſuo
tpe eruditiſſimus: gener Symmachi patricij fuit. Uir greco ⁊ latino copioſiſſime im-
butus eloquio. quippe q̄ multa volumina tam Ariſt. ꝙ alioꝝ phōꝝ de attica lingua trāſtulerit in latinam
ingenio ſubtilis ſenſu promptus: atq; catholicus: ſermone nec Tullio inferior quē ſancti Benedicti cōſtat
amicitiā habuiſſe ⁊ in monte Caſſino cū Tertulio placidi monachi patre ſenatore in eius mēſa comediſſe.
Scripſit multa preclara volumina. Et paulopoſt enumeratis opibus eius ſubdit. Morit eodē anno quo
Symmachus patritius ⁊ Joānes papa ſub Anaſtaſio imperatore: iuſſu Theodori regis apud Rauennā: poſt Mors
diuturnū exiliū in carcere iugulatus. Anno dñi quingēteſimo vigeſimotertio. Inditione ſcda. Et ſub noīe
Seuerini cathalogo ſctōꝝ inſertus dicit. Hec ille q̄ ſatis arbitramur p primo pnoſcēdo. Uerū q: tot ipſi⁹
noīa preſcribi ſolēt. Aduertēdū eſt pprioꝝ noīm quatuor eſſe ſpecies. Prenomē. nomē. Cognomē. ⁊ Agno- Nomina
men. Prenomen aūt eſt qd̄ preponit nomini differētie vel amicitie cauſa: vt Quintus Aulus Titus ⁊ ꝗtū propria.
iudicare poſſum hoc loco. Auitius prenomen eſt Boe. licet pleriq; codices nō habeant. Nomen eſt proprie
vnicuiuſq; ſuū: qd̄ ſili ſingulariter impoſitū eſt. vt hoc loco Boe. Sunt tñ q̄ Seuerinū pprio noīe appella-
tum putēt. Cognomē eſt cognitiōis nomē: vt hoc loco. Manlius vel Mallius nō aūt vel mēdoſi codices Mālius.
habēt Manilius. Torquatus aūt ⁊ vt opinor Seuerinus manlij cuiuſdā agnomina fuerūt: ⁊ ab ipſo in co
gnomina trāſierūt. Agnomē eſt qd̄ aliquo euentu imponit vt numidius a numidia deuicta. aphricanus ab
aphrica deuicta. Torquat⁹ a torque detracto. Pro quo aduertēdū. Manliū torquatū a torq: quā vt Aulus Torquat⁹
gellius atteſtat gallo cuidā in ſingulari certamine deuicto: detraxerat torquati agnomē accepiſſe. de cui⁹
in filiū ſeueritate apud Ualeriū maximū validū eſt teſtimoniū. Dicit pterea Seruius grāmaticus ꝙ poſt
ꝙ gallo deuicto torquē vnde torquatus dictus: detraxerat ad vrbē pergens filio ſuo precepit: vt tm̄ caſtra
tueret. Ille vero nacta occaſiōe victoriā ex hoſte tulit. Reuerſus aūt pater laudauit quidē fortunā populi
romani: ſed filio vt dicit Liuius fuſtuario necauit. hec Seruius. Liui⁹ tñ in octauo dicit ſic. Populo roma
no erat bellum cum latinis graue ⁊ periculoſum. quippe cum ⁊ mores ⁊ arma: ⁊ virtus cū romanis pares
eſſent. Conſules edixerant ne quis extra ordinem pugnaret. Titus autem mallius conſulis filius a Metto
equite tuſculano ad ſingulare certamen prouocatus: ſiue pudore: ſiue ira recuſare prohibitus: acceſſit ⁊ ſu
perauit. Mallius autem cōſul in contione. Quando inquit malli: ſpreto cōſulari imperio come impuliſti
aut meorum aut reipublice obliuiſcendū ſit nos potius delicto noſtro plectamur ꝙ reſpublica ſuo damno
peccata noſtra luat. Triſte exemplum: ſed in poſterum ſalubre iuuentuti erimus. Deinde ſecuri filium per
cuti iuſſit. vnde Uergil. in. vi. ſe nunꝗ ſecuri. Accipe torquatum ⁊c. Quia ergo veriſimile eſt Boeti. de pro
genie Manliorum ſeu mutando non de malliorum familia fuiſſe. is autem Manlius cuius nūc mētio fa-
cta eſt torquatus a torque ⁊ forte Seuerus ſeu Seuerinus a ſeueritate dictus eſt: crediderūt ea cognomi Seuerin⁹.
na a nōnullis Boe. quoq; data. Cetera autem ipſi ab officio competunt. Sciant autem qui adhuc in hiſto
rijs ⁊ literis nouitij ſunt ciuitatem romanam ex actis regibus propter ſuperbiam Tarquinij ⁊ ſtuprū Lu Conſules
cretie a filio eius cōmiſſum per conſules vſq; ad Julium ceſarem gubernatam eſſe q̄ quotānis ſeu ſingu cōſulares
lis annis bini creabantur. tuncq; durante anno illo conſules appellabantur. poſtea vero conſulares viri Patrici⁹.
ſicut ſenatores patres appellabantur: ⁊ ab eis deſcendentes patricij. Reliqua in precedētibus cōmētarijs Titulus
expreſſa ſunt ſatis abunde. Similiter ⁊ titulus operis iam ſatis notus ex parte artificis: nomen aūt libri operis.
eſt de conſolatione philoſophie: eo ꝙ Boetius ſe ceteroſq; meſtos ⁊ inique depreſſos philoſophiā conſolan Qualitas
tem introducat. Caue autem puer: dicas liber intitulatur: ſed inſcribitur quāuis titulus latine dicatur. opis poe-
Qualitas autem dicendi in hoc opere duplex eſt metrica ⁊ proſaica ſeu abſoluta: ⁊ vtraq; mediocri ſti- matuꝫ ge
lo verſat. Quod vt decenter atq; decore factum ab autore noſtro doceam. primo oſtēdā quotuplex ſit poe- nera.

matum genus: deinde quotuplex dicendi ſtilus. poſtremo quotuplex decorum precipue obſeruandum ſit.
¶ Pro primo ſciendum ꝙ poema eſt quodlibet poete opus. Eſt autem triplex poematum genus. aliud
enim grece dicitur dragmaticum. aliud exegematicum. aliud mixtum. Dragmaticum latine dicitur actiuũ
ſeu imitatiuum: in quo poeta ſeu autor ipſe nuſq̄ loquitur: ſed introducit perſonas loquẽtes: ⁊ rem ipſaȝ
agentes ⁊ repreſentãtes. In quo genere ſunt omnes comedie: omnes tragedie: omnes mimi: quedam eglo
ge. quidam dialogi: ⁊ omnia in quibus poeta non loquitur. Exegematicum latine dicitur narratiuuȝ ſeu
recitatiuum: in quo ſolus autor ipſe loquitur vt ſunt fere libri eorum qui aliquid docent ⁊ percipiũt. Mi-
xtum autem eſt in quo ⁊ autor ⁊ perſone introducte loquuntur cuiuſmodi ſunt hiſtoriographorum ope-
ra tam metro q̄ proſa deſcripta: ſed metrica duntaxat poemata fere ſunt. introducunt enim contiones et
plurimas orationes eorum de quibus ſcribunt. Autoris autem noſtri opus preſens mixtum eſt: non ſoluȝ
ex eo ꝙ cũ ipſo phia loquit: ſȝ iõ q̄ȝ ꝙ ⁊ metro ⁊ proſa vtatur cuius ratiõe i cõmẽtarijs ſequẽtibus ſancti
De tripli- ci ſtilo. Thome audies ⁊ ſtatim vbi de decoro loquemur: ta nobis q̄ȝ accipies. ¶ Eſt aũt tam in metro q̄ in ꝓſa tri-
plex dicendi qualitas: ſeu ſtilus: ſeu genus. Aliud enim genus dicit altiloquum ſeu ſublime. ⁊ cõpetit per
ſonis dignis ⁊ rebus arduis. Qualia ſunt heroica ⁊ tragica carmina: ⁊ orationes de republica: deq̄ princi
De tripli- ci decoro. pibus viris habite. Aliud mediocre ⁊ mediocribus rebus tractans ⁊ mediocri dicẽdi figura: Aliud humile
ſeu tenue infimis rebus ⁊ humillimo dicẽdi mõ cõgruens. ¶ Unde triplex precipue decoꝝ obſeruandum
eſt. Rerum: perſonarũ: ⁊ verboꝝ. Decoꝝ rerum eſt decens ⁊ pulchra obſeruatio in rebus quas deſcribim⁹.
Neceſſe aũt eſt vt omnes res ſint veriſimiles. ſint compoſſibiles: ſint perſonis a quibus geſte dicunt con-
gruentes: ſint generi poematis conformes oportet enim vt ſint veriſimiles. vt fidem faciamus: ꝙ ſi preter
opinionẽ quid factũ narremus. illud aut diuine potentie: aut ſecretioribus viribus nature cõtribuemus
vñ in poeticis fictionibus aut res diuina: aut hiſtorica veritas: aut nature ſecreta virtus indagãda eſt. Opor
tet itẽ vt ſint cõpoſſibiles. nõ enim ſatis eſt: vt ſeorſum narrare poſſibiles ſint: q: turpe eſſet ſi que in fine
aut medio dicuntur repugnent dictis in principio: aut ecõuerſo. Oportet preterea vt ſint perſonis cõgruẽ
tes: ne infanti viroꝝ munera demus: aut priuatis regũ officia: aut aliter a perſonis abhorrẽda. Oportet ad
hoc vt ſtilo quadrent: immo verius vt ſtilus quadret reb⁹. Non enĩ res verbis: ſed v̄ba rebus obſequi de-
bent. ¶ Perſonarum decorum ſeu vt greci dicunt preponi eſt: vt dicta ⁊ facta perſonis dicentibus ⁊ faciẽ-
tibus congruãt. Unde conſiderande ſunt etates ſexus: fortune: patrie ⁊ affectiones loquentiuȝ: etas infan
tium ⁊ puerorum affectat ludere cum coeuis: currere: cito iraſci: cito placari: nil ſtabile aut magnificum
ſapienter dicere aut facere. Adoleſcentium autem qui non amplius ſub pedagogo ſunt natura deſiderat
equitare venari: preceptoribus obaudire: nil firmiter obſeruare. vbi autem iam iuuenis dici quis põt. in
cipit amare: rem prodigere: choreas ſequi: parentibus ⁊ preceptoribus illudere: magna de ſe ſapere. Viri-
lis autem etas longe alia eſt: petit diuitias ⁊ honores congregat: amicitias innuit: prolem gignit: nil te-
mere aggreditur. Senex autem auarus ⁊ incredulus eſt moroſus ⁊ modeſtus. Decrepitus autem delitus
iterum pueraſcit. Decorum ſexuum afflagitat. vt longe alia ſint que viris attribuuntur q̄ que feminis. Fe
mine enim ſunt inconſtantes: modo nimium blande ⁊ affabiles: modo minaces aſpere ⁊ proterue: modo
iocoſe: modo triſtes: modo amice: modo inimice. Sed ſtatus ⁊ genus vite in primis aduertendum eſt. Viri
autem ⁊ conſtantiores ⁊ prudentiores vt plurimum ſunt quãuis feminis non deſit ſolertia: ⁊ ad fallendũ
calliditas. Decorum fortunarum ſeu ſtatuum precipue ſeruari debet. Non enim licet due perſone loquen-
tes eiuſdem ſexus ⁊ etatis ſint. propterea ſimile dicendi genus habebunt. vt dicit Horatius de arte poeti-
ca. Inter erit multum dauus ne loquatur an heros. Mulier ergo ⁊ diues ⁊ pudica aliter loquetur q̄ mẽ-
dica aut paupercula: aliter rex q̄ plebeius: ⁊ ſic in alijs conſideranda eſt loquentium conditio. Decorum
patrie vt iuxta conſuetum ritum patrie quis ponatur ⁊ dicere ⁊ facere. Multum enĩ locus natiuus ad na
turam ⁊ ingenium hominum facit: vſq̄ȝ adeo vt principium effectiuum dicatur. vnde Aphri ⁊ ceteri qui-
bus ſanguis eſt calidus: calidi quidem ſunt. ⁊ verſipelles: ſed timidi ⁊ rem arduam aggredi verẽtes. Ger
mani econtrario audaces: ſed non adeo rebus bellicis aſtuti. Galli vafri ⁊ ſublimes in factis ⁊ dictis. Cre
tes mendaces. paleſtini dure ceruicis. Maxime autem affectionum obſeruatio ad decorum facit. Non enĩ
ſatis eſſet etatem ſexum: patriam: ⁊ fortunam loquentis conſiderare: niſi conſideretur etiam anim⁹ eius
qui loquitur. Aliter enim loquitur rex in extremis aduerſitatibus conſtitutus: aliter in proſperitatib⁹ ela-
tus. Ideo dicit Terentius in vltima comedia. Profecto hoc ſic eſt vt puto omnibus nobis: vt res dant ſeſe
ita magni atq̄ȝ humiles ſumus. Oportet ergo vt iratis detur ſermo iratoruȝ breuis: ⁊ abruptus: letis ⁊ feli
cibus ſermo hilaris ⁊ magnificus: ineptis quoq̄ȝ inepte locutiones: ⁊ prudentibus apte: quod precipue in
hoc opere obſeruatum docemus. ¶ Ad verborum deniq̄ȝ decorum neceſſe eſt vt verba ſint conformia re-
bus: perſonis: generi poematis: ⁊ toti compoſitioni. Unde in his que ſemel tantum dicuntur qualia ſunt
que aguntur vt comedie: aut recitantur corã aliquibus vt oratores ⁊ contiones: opus eſt vt ſermones ſint
lucidi ⁊ clari. Oportet etiam vt genus dicendi vniforme ſit. turpe enim eſſet in alto ſtilo ſermones incipe-
re. ⁊ deinde ad mediocrem ⁊ humilem declinare: niſi aliquando pro diuerſis affectionibus loquentium ſer
mo eleuetur aut deprimatur. oratores preterea hoc fere obſeruant: vt que maximi momenti ⁊ ponderis
ſunt in principio ⁊ in fine orationum ponant. In principio quidem vt attentos faciant auditores: in fine
autem vt memores. que vero minoris ſunt momenti in medio locent: vbi labantes ſunt audientium ani-
mi. Oportet preterea vt ſit vniforme generis poematis. Qui enim de rebus miſeris loquens heroico ſtilo
⁊ altiloco genere vtatur: aut de rebus magnificis elegiaco multum ineptiret. Res enim miſere vt amores
miſere deperientium epithaphia ⁊ eiuſmodi elegis ſcribi volunt res magnifice heroicis carminibus.
Res doctrinales hexametro fere: ſed non altiſono. Victorie pugillum equorum: aut breues amores par-
ueq̄ȝ laudes liricis congruunt. de quibus omnibus late ⁊ diſerte Horatius diſputat. Deniq̄ȝ oportet vt
verba ſint conforma toti compoſitioni. Sicut enim in picturis non eſſet ſatis fingere pulchrum caput:
bonas manus et ſingula membra decora niſi tota compoſitio effigiei conformis ⁊ commenſurata ſit ita
nec in compoſitione carminis aut orationis ſatis eſſet ſingulas locutiones ornatas facere: niſi inter ſe cõ-
gruant ⁊ quadrent. Nihil enim pulchrius eſt: quam omnium membrorum conſenſio qua quia in vniuer-
ſa eſt mũdum id eſt ornamẽtum appellamus dum enim deus viderat ſingula que fecerat dictũ eſt ꝙ erãt,

dum autem vidit cuncta que patrarat adiectum eſt. ⁊ erant valde bona. Sed hec hactenus plura rhetores docebunt. Quantum autem ad inſtitutum noſtrum facit: autor noſter licet Tullio inferior ſit: decorum tamen ⁊ aptitudinem dicendi pulchre in hoc opere obſeruauit: ⁊ verba rebus perſoniſqꝫ cõgrua maxime fecit. Quia enĩ philoſophiam loquẽtem inducit: ⁊ medendi munus obeuntem. medicorũ aũt eſt nunc leuia nunc acria pro vulneris qualitate adhibere medicamẽta: ideo nõ ab re nec ſine efficaci ratione: interdum dulcibus modulis: interdum ſeuera oratione vtẽtem facit. Neminem autem latere puto triplicẽ eſſe orationem ſeu locutionem. alia enĩ dr̃ metrica ⁊ omnino numerata: qua poete qui carmina conficiunt vtuntur. alia proſa. i. prorſus a lege metrica ſoluta. Alia mixta vt eſt oratoria que ſuos quidẽ numeros ⁊ modulos habet: ſed nõ eas leges nec tam auctas vt poetica. Opera autem poetarum conſtant metro. i. mẽſura non tamẽ apte dixeris legi metra vergiliana: ſed vel carmina: vel numeros aut verſus. Carmen autẽ a canendo dicit̃ quo circa letitie ſignificationem habet: quis ⁊ triſtibus ſit ſuum canẽdi ac carminis genus. Qualiter autem aptitudinem dicẽdi autor noſter obſeruauerit ſuis locis dicemus. ¶ Scribentis autẽ intentio in aliis cõmẽtariis ſatis exprimitur. videt̃ autem eſſe triplex. vna vt dum conſolationem phicã inducit ſeqꝫ queritantẽ. i. cõquerentẽ a crimine purgetur innocentiãqꝫ ſuam poſteris ſignificet: opere p̄cium enim eſt nõ ſolum innocentem habere vitam: ſed famam laudabilem. vita enĩ innocens nobis neceſſaria eſt fama bona proximo. Altera eſt vt dum in ſe formam conſolandi proponit. aliis itidem miſeriis eandem prebeat. Tertia vt errorem mentibus noſtris euellat. dum quia iniuſte patimur deũ aut non curare mortalia: aut nõ recte gubernare falſo opinamur. in hoc enĩ totum opus concludit cum dr̃. Nec fruſtra ſunt in deo poſite ſpes preceſqꝫ: que cum recte fiunt inefficaces eſſe non poſſunt. Monet preterea vt deum metuẽtes vitia vitemus: virtutemqꝫ ſequamur. Non tamen ignoro multos opinari autorẽ inſtituiſſe multo plura ⁊ de virtutibus ⁊ de vitiis theologiciſqꝫ diſquiſitionibus ſcribere: ſed preuentum morte huiuſmodi finẽ pro neceſſitate operi ſuo impoſuiſſe. Quantum ergo ad diuiſionem operis ſeu numerum librorum facit: notiſſimum eſt quinqꝫ eſſe libros quos in carmina ⁊ proſas ſubdiſtinguere poſſumus: ⁊ licet carmẽ primũ aut ſecundum ꝙ metrum primũ ⁊c. dicere mallem: tamen quia in pleriſqꝫ ſcriptis metra non carmina allegata reperiri. veterem morem non mutandum cenſui. In bonis enim autoribus oĩa qualia ab ipſis edita ſunt fidelis lector dimiſerit. ſed hec miſſa facientes ſextum quod de explanatione et interpretatione breuiſcula autoris noſtri erit aggrediamur.

Intentio autoris.

Diuiſio operis.

¶ Finis introductionum ⁊ proemiorum vtriuſqꝫ commentarii.

## ¶ Vita Boetii ex cathalogo ſanctorũ: ⁊ ſigilberto collecta: aliiſqꝫ dictis tam hoc codice ꝙ diſciplina ſcholaſtica per eundem. R. P.

Seuerinus martyr qui ⁊ Boetius dictus pro veritate ſeruanda interfectus eſt: quare ſeuerinus dicitur. i. ſeruãs veritatem ⁊ Boetius quod aduocatum ſonat. Nam pauperũ ⁊ viduarum ⁊ orphanorũ cauſas cõtra rapiẽtes tutatus. Iſte vt nobilis erat genere nobilior dictus eſt more: Ita vt Romani dicerent nobilitatẽ morum ſuorũ ſuperare genitorũ nobilitatem: qui a parẽtibus liberalibus ſtudiis traditus ſub Ro. preceptoribus artes liberales conquiſiuit. Linguaqꝫ latina floruit: Inde Athenas miſſus ob ſtudium propenſius annis duobus de viginti literarum ſtudio diligenter operã deditum diſcẽdo tum legendo: quare greca latinis cõiunxit: demum (parentibus viam vniuerſe carnis ingreſſis) Romam repetiit fuitqꝫ multum in Romanorum dilectione. precipue Simacho prius charus ꝙ propinquus effectus eſt. i. prius dilectus ꝙ affinis: ideo ſub cura ac tutela predicti Simachi patricii vixit filiamqꝫ Elphes nomine in vxorem Boetio dedit que non minorem morum ſanctitatem honeſtatemqꝫ habuit: ſic vt illud ciceronianum apud eos dici poſſet. Pares cum paribus veteri prouerbio facillime congregantur. Inde Romam conſul procreatus rempub. accuratiſſime regebat: augebat: defendebat: et pro poſſe ad meliora inſtituta reducebat. idcirco cum malis peruerſiſqꝫ hominibus inexorabiles habuit diſcordias precipue cum rege Theodorico Longobardorum principe qui fuit imperante zenone circa annũ domini. cccc. lxxvi. cui Boetius reſiſtebat quãtum poterat: quia predictus Theodoricus remp. pro viribus inuadebat: ⁊ pauperes opprimebat: quare per falſos ac minus ſufficientes infameſqꝫ teſtes falſo Boetium accuſauit. Reumqꝫ crimine leſe maieſtatis dixit: cui ſententie ſenatores aſſenſerunt: eũqꝫ tanꝗ maleficum dignum exilio dixerunt: quare in exiliũ (facta proſcriptione) miſſus eſt: inde reductus Papie incarceratus eſt: vbi librum de philoſophica conſolatione compoſuit: tandem ab eodem Theodorico rege (ſeu a miniſtris eo imperãte) in carcere interfectus eſt. Anno domini. cccc. xxi. ad decimum Kalendarum nouembriũ ſepultuſqꝫ eſt in ipſa Papienſi ciuitate in eccleſia ſancti petri ad celum aureum: ⁊ vt martyr ad eccleſia digna veneratione celebratur: vt videre potes in Cathalago ſanctorum.

¶ Hic philoſophus eximius diuina ⁊ humana ſapientia pollens multa nobis ingenii ſui documenta reliquit: ſcilicet iſta: Hymnos apoſtolorũ. felix per omnes: ⁊ aurea luce. libros de trinitate: de vnitate ⁊ vno de ente ⁊ eſſentia: de duabus naturis ⁊ vna ſuſtantia chriſti. de hebdomadibus de conſolatione philoſophica libros. v. de ſcholaſtica diſciplina: thopicorum libros. Item Ariſtotelis libros quos habet bibliotheca latina omnes fere e greco in latinum conuertit ſermonẽ. Scripſitqꝫ volumẽ de muſica: ⁊ de Ariſmetica. Chathegoricorum: Silogiſmorum: ⁊ Hypotheticorũ libros: de deitate: ad Joanem Romane eccleſie diaconũ: de electone primi parentis: in reſtauratione humani generis: per incarnationẽ ⁊ paſſionem chriſti contra Entichianos: ⁊ neſtorianos: atqꝫ Azephalos. de incarnatione domini. Item aduerſus Arrianos: Eunomianos: ⁊ Apolinariſtas libros fortes: eorum hereſim confutentes: feſtum eius celebratur ab eccleſia. xxii. octobris ⁊ hoc de vita eius ſufficiãt: que minus dico in primo de conſolatu inuenies.

# Tabula

¶ Tabula habitorum poſt commentorum ſuper libris Boetij de conſolatione philoſophie ſecundum ordinem alphabeti.

ACcuſatio tardi et vitioſi arguitur. lib. iiij. metro ſeptimo.
Accuſatio crudelis. lib. j. proſa. iiij.
Accuſatio Boetij erga regẽ habuit tria vitia. lib. j. pſa. iij.
Actus quilibet requirit ordinẽ tpis et loci li b. pmo: metro ſexto. In vere flores: autũno vue colliguntur. libro pmo. me. vt ſupra.
Actus ſeqt̃ ↄditionẽ potẽtie cuius eſt actus li. j. pſa. iiij.
Aduerſa fortuna plus pdeſt q̃ pſpa. lib. ij. pſa. viij.
Aduerſa bonis: proſpera malis quare contingant. libro quarto. proſa ſexta.
Aduerſitas veros amicos oñdit. li. j. pſa. viij.
Aduerſitati fortune dolendum nõ eſt ppter quinq̈ libro. ij. pſa. j.
Aduerſitate nõ debet ſapiens moleſtari nec fortis multitudine hominum terreri. lib. iiij. pſa. vij.
Aduerſitate et pſperitate vt ſe homo equaliter habeat hortatur exemplis. li. iiij. metro. vij.
Affectiões quatuor: gaudiũ: ſpes: timor: dolor: impediunt cognitiõem veri. lib. j. metro. vij.
Affectus quatuor ſunt: require infra catene.
Ager mentẽ hoĩs deſignat. lib. iiij. metro primo.
Aliena probitas et pulchritudo hoĩem nõ decorant. lib. ij. pſa. v.
Amantibus quis dat legẽ. li. iij. metro. xij.
Amicitiã diſſimilitudo diſſoluit. lib. ij. pſa. iij.
Amicorum triplex genus. ibidem.
Amicus verus. requiras aduerſitas ſupra.
Amicos fortuna ĩfortuitũ inimicos facit. li. ij. p. v.
Ammiratiõis exẽpluʒ de ſeptẽ ſtellis et eclipſi lune. lib. iiij. metro. v.
Ammirant̃ hoĩes de illo qđ raro fit. ibidem.
Ammirari facit ſenes philoſophari. ibidem.
Amor diuinus tria facit in hoĩbus. li. ij. metro. viij.
Anaxagoras philoſophus ſtultitiã hoĩm ſolem pro deo recolentium reprehendit. lib. j. pſa. iij.
Anni ſunt quatuor partes. require regimen dei.
Animi tráſformatio peior ẽ q̃ corpis. li. iiij. me. iiij.
Antiquorum etas fuit ſine cupiditate. lib. ij. met. v.
Appetunt oĩa pmanere. require bonum eſt.
Appetitus: require permanentia.
Appetitus eſt duplex. lib. iij. pſa. xj.
Appetitus: require deſiderium.
Area fortune quare mundus dr̃. lib. ij. pſa. j.
Arma phĩe. lib. j. pſa. ij.
Artes liberales dicuntur lac. ibidem.
Aſinus ad lyram eſt homo ſine attentione verba ſacra audiens. libro. j. pſa. iiij.
Aſinus dr̃ piger ſeu tardus. li. iiij. pſa. iij.
Auari dicuntur canes. lib. j. pſa. iiij. et ibidem habetur lib. ij. metro ſecundo.
Auari inſatiabiles. lib. iij. metro. iij.
Aues tenebrarum: require tenebre.
Auriga. require currus.
Auarus. require lupus.
Autumnus: require tempus autũnale.
Auxiliũ diuinũ in minimis dʒ inuocari. li. iij. pſa. xj.
Auxilij diuini inuocatio a Bo. lib. iiij. metro. x.

BArbitonſor. require in ſecuritas.
Beate tũc reſpublice ſunt ſi p ſapiẽtes et ſtudioſos regant̃. lib. j. pſa. iiij.
Beatitudo ſiue felicitas eſt duplex. lib. ſecundo. pſa quarta.
Btitudo nõ eſt in dignitatibus. li. ij. p. vj.
Btitudo ſiue felicitas nõ ↄſiſtit in bonis fortuitis lib. ij. pſa. iij. pbatur tribus rõnibus. ibidem.
Beatitudinis deſcriptio. li. iij. proſa. ij.
Beatitudinẽ ad veraʒ oẽs vocantur. lib. iij. metro. x.
Beatitudinem attingere. require ambulare.
Beatus omnis deus li. iij. pſa. x.
Beatitudo. require patria. Item omnes. Itẽ in verbo voluptas.
Bellum iuſtum licet. lib. iiij. metro. iiij.
Beſtie nõ beatificãtur. lib. iij. proſa. vij.
Bibliotheca vnde dicitur. lib. j. proſa. iiij.
Boetio multa nomina annectuntur in prohemio.
Boetius ordinauit ſuos actus ad coẽm vtilitatem: patet ſeptem exemplis. lib. j. proſa. iiij.
Boetius quare infirmus iudicabat̃. lib. j. proſa. vj.
Bona corporis ſunt vilia. libro. iij. proſa. viij.
Bona hoĩs ſunt rõ et intellectus nõ tpalia. li. j. pſ. vj.
Bona tpalia ſõniant̃ eẽ felicitas. lib. iiij. pſa. iiij.
Bona tpalia querẽs in varia incidit. lib. iij pſa viij.
Bona temporalia nec ſufficientiam nec potentiam preſtãt. lib. iij. pſa. ix.
Boni ſẽp ſũt potẽtes: mali xͦo ĩpotẽtes. lib. ij. p. iiij.
Bonum eſt duplex. lib. ij. pſa. vj.
Bonorum premia. require premia.
Boni premio hic priuant̃. require iuſti.
Boni viri imagines vbi inueniuntur. lib. iij. pſa. ix.
Bonum et vnũ idẽ ſunt. require vnum.
Bonum eſt qđ oĩa appetũt. lib. iij. pſa. ix.
Bonũ ſummũ cuilibʒ vr̃ id qđ appetit. li. iij. p. ij.
Boreas ventus ſignificat phĩam. li. j. metro. iij.
Breuitas vite humane. li. iiij. pſa. iiij.
Brutum: require vlixes.

CAlamitas vñ dicatur. lib. ij. proſa pma.
Canis dicitur rixoſus et lupus auarus. libro. iiij. pſa. iij.
Caro nihil eſt niſi ſanguis coagulatus. libro pmo metro pmo.
Caſus nõ eſt euentus puiſus. li. v. pſa. j.
Caſus diffinitur. ibidem.
Catene rationis ſunt quatuor. lib. j. metro. ij.
Cauſa mali. require nihil.
Celũ quare dr̃ ſtabile. lib. j. metro. ij.
Celũ mouetur duplici motore ibidem.
Celũ quare dr̃ ſtare eiuſq̈ ſtelle. lib. j. pſa. iij.
Circulo comparatur vita hoĩs. lib. iij. metro. ij.
Circe dea. require vlyxes.
Claritas ſolis. require puidentia dei.
Cognitio ſummi boni fit per creaturas gradatim tranſcendendo. li. iiij. metro. j.
Cognitio ſeqt̃ur naturã cognoſcẽtis. li. iiij. pſa. v.
Cognitiõis xͥtatis impedimẽta. reqre turbatiões.
Cognitio veri repellit cecitatẽ ignorãtie. l. iiij p. iiij.
Cognitiua virtus aliter in nobis intellectiua et aliter ſenſitiua. li. iiij. pſa. iiij.
Cognoſcit̃ rotũdũ alit̃ viſu et alit̃ tactu. li. v. p. iiij.
Cognoſcit hoĩem aliter ſenſus: aliter imaginatio: aliter ratio: et aliter intelligẽtia diuina: ibidem.
Color philoſophie. li. pmo pſa pma.
Comedere parẽtes in certis partibus laudabile eſt. libro ſecundo. proſa ſeptima.
Concordare nõ poſſunt mali cũ bonis: nec etiaʒ inter ſe. lib. iiij. pſa ſexta.
Cõcordia elemẽtorum. require regimen dei.
Cõcupiſcẽtia terrena ſuperata homo fit diuinus libro quarto: metro ſeptimo.
Confitere non abſcondas: ſi medicãtis opus expectas oportet vulnus detegas. li. j. pſa. iiij.
Cõſciẽtie libertas et cõſciẽtia libera. ibidem.
Cõcupiſcentia praua punit malus intrinſece ſi ex-

terius non punitur.lib.iiij.proſa.iiij.
Conſolatio philoſophie.li.primo:proſa tertia.
Conſules erecti ducti in pretorium ſm conſuetudinē romanorum.li.ij.proſa tertia.
Contemplatio supernorum eſt noſtrum cõtra ſtultos propugnaculum.li.j.proſa.iij.
Contingens: require neceſſarium.
Coniunctus require damnari.
Crapula hominem debilitat.li.ij.proſa quinta.
Cupiditas multorū maiorum cauſa eſt.lib.ij.me.v.
Cupiditas veri boni naturaliter eſt incerta hominibus.libro tertio.proſa.ij.
Currus per aurigā neceſſario nõ vehit.li.v.pſ.iiij.
Damnari nullus debet niſi cõuictus.libro primo:proſa quarta.
Damnatorum pena.require pena.
Deſideriū ſiue appetitū eorum implere ſoli ſapiētes poſſunt.li.iiij.proſa.ij.
Deſideriū ⁊ libidinis differētia.ibidē.
Deus intuit omnia.li.v.proſa.vj.
Deo ſunt preces efferende.ibidem.
Deus preſidet vt conditor mundi.li.j.proſa.vj.
Deus commendatur de gubernatione celeſtiū ⁊ terreſtrium.li.primo.metro.v.
Deus ſiue ſummū bonū nõ inuenitur in terrenis ſicut nec aurum in arboribus.li.iij.metro.viij.
Deus regit omnia.lib.iij.metro.ix.
Deus a quo cõpulſus ſed ſua bonitate fecit omnia ⁊ commendatur ex parte ſapientie ſue.ibidem.
Deus omnia gubernat.li.iij.proſa.xij.
Deo omnia recta ſunt.li.iiij.proſa prima.
Deus rotat orbē dicit Permenides.li.iij.proſa.xij.
Deus tonans:require tonitru.
Deus veriſſime eſt:require eſſe.
Deus fons omnis bonitatis per oīpotētiam:iudex equitatis per iuſtitiam.li.iiij.metro ſexto.
Dei regimen.li.quarto.metro ſexto.
Deum eternum oēs ſapiētes dixerūt.li.v.pſa ſexta.
Deus omnia videt.li.v.proſa ſexta.
Dignitas ſiue poteſtas duplex:li.ij.proſa.vj.
Dignitas reddit malos peiores:vt patet de romanis.li.ſecundo:proſa ſexta.
Dignitas reddit peiores pꝫ de nerone cuius ponit quatuor malitias.li.ij.metro ſexto.
Dignitas ſi eſſet bona nõ adueniret peſſimis:libro ſecundo metro ſexto.
Dignitas collata improbis nõ efficit dignos:ſꝫ oſtētat ſe indignos.li.ij.proſa ſexta.
Dignitas non reddit hominem honorabilem ſi non ē virtuoſus.li.iij.pſa.iiij.⁊ pbata quadruplici via.
Dignitas pfecture.Dignitas ſenatoria.ibidem.
Deſpicere malis laudabile eſt.li.j.proſa.iij.
Diuitie in quinqꝫ conſiſtunt.li.ij.proſa.v.
Diuitie diſperſe minuūt.ſcientia vero diſperſa augmentatur.li.ij.proſa quinta.
Diuitie non ſunt appetende tribus rõnibus pbat.ibidem.⁊ propter diuitias multi perierūt ibidē.
Diuites ſoli reputantur honore digni.ibidem.
Diuitie nõ auferunt indigentiā.li.iij.pſa.iij.
Diuinatio quid ſit.li.quīto.proſa quarta.
Diuina prouidentia: require Ingenium.
Diuino amore tria reguntur.ſ.aſtra elemēta ⁊ tempora.lib.ſecundo.metro octauo.
Diuinus amor tria facit in hominibus.ibidē.
Dolendum non eſſe.require aduerſitati.
Dolere faciunt tria Boetiū:li.j.proſa quarta.
Dolor:ira.meror.li.primo.proſa quinta.
Dolia duo vini in limine iouis:li.ij.pſa ſecūda.
Duo principia rerum:bonum:⁊ malum.require pythagorici.
Durare malum:require Miſereor.
Ebetatur ⁊ ingroſſatur mens humana tpalibus.li.primo.metro primo.
Ebrius volens ire domū ſic errans ad felicitatē:li.tertio.proſa ſcda.
Eclipſis lune: require admirationis.
Eget omni eo qđ deſiderat:li.iij.p.iij.
Elementorum concordia:require regimen dei.
Eloquentia ſiue ſapientia ⁊ eloquentia cum ſapiētia:li.ſecundo proſa prima.
Epicuri ſtoici:li.primo.proſa tertia.
Equaliter ſe habere:require aduerſitate.
Error ſapiētis eſt duplici de cauſa peior ꝙ inſipientis:li.primo.pſa prima.
Eſſe malos ſimpliciter nõ cõcedit:ſed eſſe homines malos:ſicut cadauer eſſe hoīem:li.iiij.pſa ſecūda.
Eſſe veriſſime habet primum ens:quanto ergo aliquis magis p vitia recedit a primo eſſe tāto magis deſinit eſſe:lib.quarto.pſa ſecunda.
Etas philoſophie:li.primo.proſa prima.
Etates quatuor p poetas diſtinguunt:li.iij.met.v.
Eternitas deo attribuitur:perpetuitas mūdo:lib.quinto.proſa ſexta.
Eternitatis diffinitio:lib.ſexto.proſa ſexta.
Eternitatis cognitio hr̃ ex cognitione tpīs:ibidem.
Eternitatis vocabulo multi ſunt abuſi:ibidem.
Eternum triplex:lib.quinto.pſa ſexta.
Euenire.require liberum arbitrium.
Euentus.require caſus item fortuiti.
Exilium:require miſeria.
Eufratis ⁊ tigris duplex origo:li.quinto.metro.j.
Facies ſiue vultus phīe:li.pmo.pſa.iij.
Falli non poteſt deus:require prouidētia diuina.
Falſa felicitas & mēdax:li.iij.pſa.ix.
Fama popularis nõ puenit ex iudicio recte rationis:lib.tertio.proſa ſexta.
Familiaris inimicus efficaciſſima peſtis: li.iij.p.v.
Familiare regum:require potens
Fatalis origo:libro quarto.proſa ſexta.
Fatum duplex notificatur: ibidem
Fatum ad prouidentiam hꝫ differentiam:ibidem
Fatū depēdet a diuina puidētia exemplum: ibidem
Fati diuerſe opiniones:ibidem
Fatum ſe habet ad prouidentiam ſicut ratiocinatio ad intellectum:ibidem
Fatum incipit vbi motus ⁊ quicquid ſupra motum factum: eſt ibidem
Felicitas eſt duplex:ſcilicet politica ⁊ ſpeculatiua:libro primo.metro primo.
Felicitas tpalis in rebus cõſiſtit: li.ij.proſa.iiij.
mētē recepi. Itaq3 vbi in eā deduxi oculos: intuitūq3 defixi: reſpicio nutricē meā: in cuius ab adoleſcentia laribus verſatus fuerā philoſophiā. Et quid inquā: tu in has exilij noſtri ſolitudines omniū magiſtra vir tutū ſupero cardine delapſa veniſti? An vt tu quoq3 mecū rea falſis criminationibus agiteris? Philo. An: inq̄t illā te o alūne deſererē: nec ſarcinā qua mei nominis inuidia ſuſtuliſti: communicato tecum labo re partirer? At qui Philoſophie fas non erat inco mitatum relinquere iter innocētis: meam ſcilicet cri minationem vererer: ⁊ quaſi nouum aliquid accide rit pꝛhoꝛreſcerem. Nunc enī pꝛimum cenſes apud im pꝛobos moꝛes laceſſitam periculis eſſe ſapientiam? ❡ Nōne apud veteres q̄3 ante nr̄i Platonis etatē

Itaq3 pꝛo ergo vbi: ideſt poſtq̄3 ego deduxi: id eſt cōuerti oculos: q3 pꝛo ⁊ defi xi: ideſt ſtabiliui intuitū in eā: reſpexi nu tricē meā philoſophiā in cuius laribus: id eſt ſcholis fuerā obuerſatus ab adole ſcentia: ideſt iuuētute mea: ⁊ inquā: ideſt dixi. O magiſtra omniū virtutū: quid id eſt pꝛopter qꝺ tu veniſti lapſa: ideſt pꝛo greſſa a ſupno cardine: ideſt de celeſti poꝛ ta in has ſolitudies ideſt loca deſerta: no ſtri exilij: ideſt noſtre relegatiōis: an: ideſt nunq̄d ꝑpter hoc veniſti: vt exiſtens rea: ideſt tāq3 culpabilis mecū agiteris: ideſt moleſteris multis criminationibus. Illa philoſophia inquit: ideſt dixit. O alūne. ideſt ꝑ me nutrite: an ideſt vtrū te deſere rē: quaſi diceret nō nec partirer: ideſt diui derē tecū cōmunicato laboꝛe: ideſt diuiſo laboꝛe: ſarcinā: ideſt pondus quātū ſuſtu liſti ex liuoꝛe: ideſt ob inuidiā mei nōis: id eſt ratiōe ſapiētie: atqui pꝛo certe nō erat fas: ideſt honeſtū philoſophie relinquere iter innocētis incomitatū: ideſt ſine comi te. ſupple ſi ego te dereliquiſſem ego ve rerer: ideſt timerē meā criminationē: ideſt meā dānationē: ⁊ valde ꝑhoꝛreſcerē qua ſi aliquid noui acciderit: ſupple circa te. enī pꝛo quia: num: ideſt nūquid tu cenſes. i. iudicas pꝛimū ipſam ſapientiā eſſe laceſſitam: ideſt manifeſtam periculis. i. perturbationibus apud impꝛobos mo res. i. male moꝛigeratos hoīes: quaſi diceret hoc non eſt nouū. ❡ Nota philoſophia dicitur medi ca: ſicut enī medicus moꝛbo fugato ſanitatē inducit. Sic philoſophia ignoꝛantia relegata vitā vtri uſq3 ſeculi cōdonat. nam habet̄ in libꝛo de pomo Ariſtote. Qui philoſophiam inuenerit vitā in vtro q3 ſeculo inuenit. ⁊ alibi. Qui me inuenerit vitā inueniet ⁊ hauriet ſalutem a dn̄o. ⁊ ideo dicit Boe tius faciem mendicantis. ❡ Notandum ꝙ Boetius non ſolum deduxit oculos in philoſophiā: ſed defixit in eam intuitum per qꝺ innuit̄ ꝙ qui vult philoſophari opoꝛtet ſe totu3 tradere philoſophie ꝑ cōtinuū ſtudiū ⁊ laboꝛē. Nā ſicut vna hirūdo aduenies nō facit ver: nec vna dies calida facit eſta tem: ſic nec vna ſpeculatio philoſophica facit phm̄. ❡ No. ꝙ tp̄s opoꝛtunū ad philoſophādū eſt tp̄s adoleſcētie: qꝺ innuēs Boe. dicit. in cuius laribus ab adoleſcētia fuerā obuerſatus. Nam etas hoīs aſſimilat̄ cere: q̄ ſi nimis eſt mollis vel dura: foꝛmā ſigilli nō recipit: nec retinet. ſi aūt eſt temperate mollis vel dura figurā recipit ⁊ retinet: ſic etas nimis tenera ſicut infantia. nō recipit doctrinā phi loſophicā: nec etas nimiū dura ſicut decrepit⁹: ſ3 etas tēperata q̄lis eſt adoleſcētia: q̄ facil̄r intelligit et intellecta memoꝛie cōmēdat. ❡ No. ꝑ lares phīe intelligunt̄ diuerſe ſecte phōꝝ ſicut Ariſtotelis Platonis: qb⁹ Boe. ab adoleſcētia fuit obuerſat⁹. ⁊ di. Hugui. ꝙ obuerſari idē eſt ꝙ ꝯuerſari. ❡ No tā. ꝙ phīa dꝛ magiſtra oīm ꝟtutū: qꝛ oēs ꝟtutes moꝛales docet: vt pꝫ ex Ethicis: ⁊ dico moꝛales: ꝑ pter ꝟtutes theologicas: q̄ ſūt fides ſpes ⁊ charitas: ⁊ dꝛ phīa delapſa a ſupno cardine: qꝛ oīs ſapiē tia a dn̄o deo nr̄o eſt. Nā ſicut ſcribit̄ in ꝓlogo libꝛi de regimine pꝛ̄ncipū. De⁹ eſt q̄ diuitias ſue ſapiē tie influxit aīab⁹. i. ſtudētib⁹ tribuit grā3 cognoſcēdi: cui nihil eſt difficile: ſine q̄ nihil ē poſſibile poſſi deri. ❡ No. vt poſtea patebit ꝙ boe. falſe criminabat̄ de lr̄is cōpoſitis: ⁊ de impedimēto delatoꝛis: ⁊ illud qꝺ faciebat ſapiētis dicebat̄ facere arte magica. Ideo dicit ad phīa3 Nūq̄d veniſti vt tu mecū rea falſis criminationib⁹ agiteris? No. phīa tāgit tres rōnes ꝑpter q̄s nō debuit relinq̄re Boe. Pꝛi ma eſt: qꝛ nutrix nō d3 relinq̄re ſuū alūnū. Scd̄a q̄ patit̄ ꝑpter aliū nō decet vt deſerat̄ ab illo. Ter tia qꝛ nō decet phīa3 relinq̄re inocētē. Boe. aūt fuit alūnus phīe. ipſeq3 patiebat̄ iniurias ꝑpter phīa3 et fuit innocens. ergo ⁊c. ❡ No. ſm̄ Hugui. laceſſo. i. cū deſiderio vel vexo vel iniurijs affligo. ❡ Nō ne apud veteres quoq3. Hic phīa ꝓbat pſecutionē ſapiētū a vulgarib⁹ nō eſſe nouā: ⁊ hoc pꝛi⁹ ꝓbat exēplis antiquis. Scd̄o magis modernis. Tertio oſtēdit q̄d ſit faciēdū cōtra inſult⁹ vulgariū. ſcd̄a ibi. ❡ Qꝺ ſi nec. tertia ibi. Qui ſi q̄n cōtra. Pꝛimo dicit bn̄ dixit ꝙ pſecutio ſapiētū a vulgarib⁹ ⁊ a malis nō eſt noua. Nōne apud veteres ante etatē noſtri Platonis nos phīa ſepe certauim⁹ magnū certamē cū temeritate ſtulticie. i. cū ſtultis ⁊ temerarijs hoīбus: eodēq3 platone viuēte magiſter eius

Phīa. medica.

Philoſo phādum Cōtinue Philoſo phandi Tēpus.

magnū ſepe certamen cū ſtulticie temeritate certauimus: eodēq; ſuperſtite p̄ceptore ei⁹ Socrates iniuſte victoriā mortis me aſtāte promeruit. Cuius hereditatē cum deinceps Epicureū vulgus: ac ſtoicū: ceteriq; pro ſua quiſq; parte: raptū ire molirētur: meq; reclamātē renitentemq; velut in partem prede traherent veſtē q̄ meis texuerā manibus diſciderūt arreptiſq; ab ea pāniculis totā me ſibi ceſſiſſe credentes: abire. In qbus qm̄ q̄dam noſtri habitus veſtigia videbātur meos eſſe familiares īprudētia rata: nōnullos eorum prophane multitudīs errore p̄uertit. ¶ Quod ſi nec Anaxagore fugā: nec ſocratis venenū: nec zenonis tormēta: qm̄ ſunt peregrina: Nouiſti: at canios at ſeneccas at ſoranos quorum nec peruetuſta nec incelebris memoria eſt ſcire potuiſti quos nihil aliud in cladem detraxit niſi q noſtris moribus inſtituti ſtudijs improborum diſſimillimi videbantur. Itaq; nihil eſt quod admirere ſi in hoc vite ſalo circūflātibus agitemur procellis: q̄bus hoc maxīe p̄poſitū eſt peſſimis

Socrate .i. iniuſte p̄meruit victoriā mortis me ſibi aſtāte cui⁹ .ſ. ſocratis hereditatē .i. ſciētie hereditarie relicte ſuis diſcipulis: cū epicureū vulg⁹ ⁊ ſtoicū ⁊ ceteri molirent̄ .i. laborarēt ire raptū .i. rapere: vnuſq̄ſq; p ſua parte: ⁊ cū ipi traherēt me philoſophiā i partē prede me clamātem .i. cōtradicētem q̄ p ⁊ renitētem .i. ipi diſciderūt veſtē meā quā texuerā meis manib⁹ ⁊ ablatis pāuiculis abierūt. credētes me totam ſibi ceſſiſſe: ⁊ q: in iſtis apparuerūt quedā veſtigia noſtri habit⁹ .i. prudētie: imprudētia vulgarium rata .i. opinata ipſos meos eē familiares .i. meos diſcipulos rōne ſapientie: peruertit nōnullos eorum .i. aliq̄s errore .i. perſecutiōe p̄phane multitudinis .i. indocti vulgi: ſicut vulgares ſolēt p̄uertere doctos. ¶ No. q an̄ tp̄s Platonis multi ſapiētes pſecuti fuerūt a vulgaribus: ⁊ tpe Platonis Socrates magiſter ei⁹ interijt propter ſapiētiā. Nā ipe cognouit ſua ſapiētia eē vnū deū: alios aūt colētes plures deos redarguit: qd̄ pcipiēs dux Athenienſiū noīe Anet⁹ coegit ipm bibere venenum i noīe vni⁹ dei: ⁊ nihil ſibi nocuit. Poſtea coegit ipm bibere venenū i noīe pluriū deorum ⁊ interijt. ¶ No. mortuo Socrate diſcipuli ſui q̄ ſciētiam ſocratis tāq; hereditariā ſibi vēdicabāt: inceperūt diſſentire: in quo magiſter eorū Socrates poſuiſſet ſummū bonū. Quidā enī ſuorū diſcipulorum dicti epicurei dicebāt ipm poſuiſſe ſummū bonū in voluptatib⁹. Alij ſicut ſtoici: dicebāt q in virtutib⁹: ⁊ quilibet eorum p defenſiōe ſue opinionis rapuerat autoritates philoſophie ipſas extorte exponēdo: propter q philoſophia dicit illud reclamaſſe: ⁊ ſic male exponēdo ſciderūt veſtē philoſophie: ⁊ particulas abſtulerūt: ⁊ quāuis nō eſſent veri philoſophi: q: tn̄ videbant̄ eē: multi eorum a vulgarib⁹ occiſi ſunt. ¶ Quod ſi nec anaxagore fugā. hic philoſophia pbat pſecutionē ſapientum exēplis magis modernis dicens O Boe. ſi nō nouiſti fugā anaxagore: nec venenum ſocratis: nec tormēta zenonis: qm̄ iſta ſunt peregrina .i. extranea ⁊ aliena: tn̄ tu potuiſti ſcire canios .i. pſecutionē Canij: ac Seneccas: ac ſoranios .i. ſequaces ſoranij. quorum memoria nō eſt p̄uetuſta .i. valde antiqua: nec incelebris .i. non ſine gloria: q̄s viros nihil aliud detraxit in cladē .i. mortē niſi q inſtituti .i. informati nr̄is morib⁹ ipi videbātur diſſimillimi ſtudijs improborum. Itaq; nihil .i. nō eſt cā q tu admireris .i. debeas admirari: ſi in hoc ſalo vite .i. amaritudie. nos ſapiētes agitemur .i. vexemur procellis .i. aduerſitatib⁹ malorū circūſtātib⁹: q̄bus nobis ſapiētib⁹ maxie p̄poſitū eſt .i. intētio: diſplicere peſſimis quorum malorum tametſi ſit nūeroſus exercit⁹: tn̄ eſt ſpernēdus: q: nullo duce ſup. ratiōis agit̄: ſz tm̄ rapitur errore limphante .i. p̄cipitante eos ad modū limphe temere .i. ſtulte ac paſſim .i. vbiq;. ¶ Nota q anaxagoras: ſtulticiā hoim ſolē p deo colētium reprehēdit dicēs ſolē nō eē deū. ſz lampadē ardentē: ppter quod reus iudicatus eſt: ⁊ in fugā cōpulſus: ergo dicit philoſophia. Anaxagore fugā. Nota dicit Socratis venenum de quo dictum eſt ſupra: q veneno interijt. Similiter zeno multa tormēta rōne ſue ſapiētie ſuſtinuit. ¶ Nota q Cani⁹ Seneca Soran⁹ fuerūt nobiles romani ⁊ morib⁹ philoſophie inſtructi: ppter qd̄ interierūt. Vn̄ canij dicebātur imitatores a magiſtro ſuo Canio. Similiter Soranij dicūtur a Sorano: q̄ fuit poeta ⁊ ei⁹ ſequaces ab eo denominant̄. ¶ Nota de Seneca. dicit Boe. in diſciplina ſcholarium q Nero familiarē ſuū p̄ceptoreq; Seneca ad eligēde mortis arbitriū coegit. ¶ No. q ſapientes diſſimiles ſtudij ſunt improborum: q: dicit Cice. in lib. de amicitia. diſpares mores diſparia ſequūtur ſtudia: quorum diſſimilitudo diſſoluit amicitiā. nec vnq; improbi pbis: nec pbi iprobis amici eſſe poſſunt nō ob aliā cauſam niſi q: tāta eſt inter ipos diſtātia quāta pōt eē ſtudiorum malorumq; morū diſtantia. ¶ Nota q p̄poſitū ſapiētum eſt diſplicere peſſimis: q: dicit Senec. de remedijs fortuitorū. Malis diſplicere laudabile eſt. ⁊ alibi. Virtus ſeſe diligit aſpernaturq; malū. ⁊ poeta. Opto placere bonis: prauis odioſus haberi. ¶ Nota dicit exercitū malorum eē numeroſū: q: ſm̄ Salomonē. Stultorum infinit⁹ eſt numerus: ⁊ p̄uerſi difficulter corrigunt̄. ¶ Nota q mali nō regunt̄ duce ratiōis: q: ratio deprecat̄ ad optima. mali aūt operant̄ peſſima. Ducunt̄ enī errore ſenſualitatis vitā beſtialem proſequentes, de q̄bus dr̄ in libro Ethicorum. Quidā ſunt hoies vitā pecudū eligētes ſimiles ſarda-

Socrates

Propoſitū ſapiētum.

napalo: ⁊ ergo dicit phīa ꝙ tales nō ſunt timēdi: qꝛ ex quo nō regunt̄ ꝑ rationē tūc eoꝝ fatuitas fa
ciliter diſſipat̄. ❡ Qui ſi qñ cōtra. Hic phīa oſtendit qd̄ ſit faciendū cōtra inſultꝰ maloꝝ. di. Si exer
citus maloꝝ incubuerit. i. inſtituerit. ſtruēs. i. faciēs aciem. i. bellū cōtra nos ſapiētes: quidem ꝓ certo
noſtra dux. i. ratio cōtrahit. i. colligit copias. i. ſcias ⁊ ꝟtutes in arcē. i. in altitudīe ſpeculatiōis cele⸗
ſtium. ꝟo ꝓſed: illi mali occupant circa diripiēdas. i. auferēdas inutiles ſarcinulas. i. diuitias cor⸗

diſplicere. Quoꝝ quidē tametſi eſt numeroſus ex⸗ercitus ſpernēdus tñ eſt: qm̄ nullo duce regitur: ſed errore tantum temere ac paſſim limphāte raptatur. Qui ſi quādo cōtra nos aciem ſtruens valētior incu⸗bucrit: noſtra quidē dux copias ſuas in arcem cōtra⸗hit. Illi vero circa diripiendas inutiles ſarcinulas occupant. At nos deſup irridemꝰ viliſſima queq; rerum rapiētes ſecuri totius furioſi tumultꝰ: eoq; vallo muniti quo graſſanti ſtulticie aſpirare fas nō ſit.

porales: q̄ ſarcina ⁊ pondꝰ corpis ſunt in
utiliter aīam ſubmergētes: at nos ſapiētes
in cōtemplatiōe celeſtiū ꝯſtituti irridemꝰ
malos rapiētes queq; viliſſima rerū. nos
ſecuri exiſtētes totiꝰ furioſi tumultꝰ. i. cō⸗
tra furioſuꝫ tumultū maloꝝ: qꝛ nos ſumꝰ
muniti eo vallo. i. munimine quo non ſit
fas aſpirare. i. accedere: ſtultitie graſ⸗
ſanti. i. impugnanti nos. ❡ No. Boe. hic Ratio.
noſtrā rōnem appellat ducē. vñ rō diffini
tur ſic. Eſt habitꝰ dirigēs omnē rōneꝫ hu
manam in vltimū ⁊ optimū fineꝫ. ❡ Itē
nota ꝙ ꝑ arcē ipe intelligit altitudinem
ſpeculatiōis celeſtiū. ⁊ ad hāc ducit nos
ratio ⁊ hoc eſt vltimū bonū humane vite
qḋ nullꝰ auferre pōt. ❡ Nota copie i hoc
loco dicuntur appetitꝰ ſenſitiui: ⁊ dicūtur copie quaſi cupie: qꝛ cupiūt res aliquādo cōtra rationē:
⁊ tales copias debet regere ratio: ⁊ debet ſe munire vallo humilitatis ⁊ patiētie: ⁊ tūc oēs impugna
tiones aduerſitates ⁊ miſerias equanimiter ſuſtinebit: ⁊ tentationes ⁊ delectationes noxias quas
ſuggerit dyabolus: ⁊ caro cōpellit: ⁊ mundus ꝓmouet nō timebit. hec Marquardus. ❡ Itē nota.
ille merito eſt deridēdus qui maiori ⁊ meliori bono dimiſſo eligit ⁊ occupat̄ circa bona viliora: ſed
ſapientes eligunt bona anime que ſunt maxime bona. j. Ethi. ⁊ vulgares eligunt bona temporalia
que dicuntur viliſſima rerum: qꝛ impediūt hoīem in cognitionē ſummi boni. ❡ Notandum ꝙ arx ar Arx
cis eſt altum edificium in quo hoſtes pugnāt. hic aūt accipit̄ ꝓ cōtemplatiōe celeſtiū: ⁊ ſpe futuroꝝ
bonorū. Nā ꝑ hec duo ſapiētes oēꝫ aduerſitatē maloꝝ ſuperāt. ⁊ circa cōtemplationē diuinoꝝ tota
intentio ſapiētis verſatur. vñ Boe. in tracta. de ſummo bono dicit. Phīa maxime delectat̄ in primo
principio. Et in cōtemplatiōe ſumme bonitatis. Et hec eñ eſt vita phōꝝ ſine qua nemo viuit vita
recta. ❡ No. de hoc noīe vallū. dicit greciſta. Eſt vallus palus circa caſtrum pacutus. Nexio palo⸗
rum: ſed murus ſit tibi vallum. ❡ No. aſpirare ſm̄ Hug. eſt anhelare: conari vel deuenire. Item ſm̄
eum graſſor ris. per g eſt inuadere vel crudeliter impugnare.

Nec zenonis tormēta. Zeno iſte fuit eleates a ciuitate ſua eleis dictꝰ phūs doctrina pre
ditus quē Ariſtoteles dialectice inuentorē fuiſſe ſcribit huiꝰ celebratiſſima fuit in prefe Raymū
rendis cruciatibꝰ patiētia q̄ cū adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberande patrie dus.
inflāmaſſet cōtra Nearchum tyrannū facto iudicio cōprehenſus traditusq; eſt tortoribꝰ
torquendus: q̄ cū laceraret̄ vt cōſcios cōiuratiōis nominaret neminē illoꝝ nominauit.
Sed amicos intimosq; tyrāni participes cōiuratiōis eſſe dixit. Sed cū cogeret̄ complices coniura⸗
tionis ꝓferre conſciſaꝰ dentibꝰ linguam in faciē tyrāni conſpuit quo facto ciues tyrānum lapidaue⸗
runt: hic Zeno eſt de quo dr̄ in ſcđo huius ꝓſa ſexta. ❡ Quatuor philoſophoꝝ ſecte. Circa philoſo⸗
phorum ſectas notes ꝙ philoſophorum ſecte mortuo ſocrate ſunt inuente que ſunt quatuor ſcilicet
ſecta ſtoycoruꝫ: academicoꝝ. epicureoꝝ: ⁊ peripatheticorum. nā eo mortuo ceperūt diſcipuli diſputa
re in quo magiſter illorum ponebat felicitatem ⁊ diſtorte ſocratis dicta exponendo ⁊ intelligendo
in diuerſas lapſi ſunt opiniones. nā ſtoyci (quoꝝ princeps fuit zeno cithicus ex cipro ciuitate greca
philoſophus eximius apud Athenienſes in magno honore habitus) Iſti ponebant ſummā felicita⸗
tem in virtute ſola dictiq; ſunt ſtoyci ab ſtoe quod eſt porticus in qua zeno ſuis diſcipulis legebat.
❡ Academici quoꝝ princeps erat Plato philoſophus athenienſis. Iſti de ſingulis diſputātes ni⸗
hil affirmabāt certuꝫ dictiq; ſunt academici ab academia. erat eñ academia locus mille paſſus ab
athenis diſtās q̄ ſunt octo ſtadia. i. vnū miliare qḋ vulgo dicimꝰ media leuca in quo loco natus eſt
Plato ⁊ ſtuduit ⁊ legit cū diſcipulorum frequentia ⁊ morum celebritate. ❡ Epicuri quorum ꝑnceps
fuit epicurus Athenienſis a quo epicuri dicti ſunt ponebāt ſummam felicitatem in voluptatibus di
centes ꝙ cetera bona ſcilꝫ diuitie: dignitates: poteſtates ⁊ honores quandā afferūt iucunditatē ſeu
leticiam: leticia vero ſiue iucunditas afferūt voluptatē quare concludebant voluptatē eſſe ſummū
bonum: vt patet in tertio huius ꝓſa ſecūda. ❡ Peripatetici dicti ſunt (quorum Ariſtoteles ꝑnceps
fuit) qui de ambulando de ſcola ad ſcolā diſputabant. Uide in de diſciplina. c. vj. ❡ At nos. q. d. bo⸗
num qḋ boni hoīes conſequūtur ꝓpter ꝑſecutionem quā patiuntur pōt auferri ⁊ ratio eſt iſta quia
tales ſunt muniti tali vallo. i. tali firmamento ſcꝫ virtute patientie quo vallo exiſtente non eſt fas
i. poſſibile aſpirare. i. condeſcendere ſtultitie. i. hominibus ſtultis impugnanti. i. impugnantibus et
incitantibus bonos torquentibuſq;.

**Aſcēſiꝰ.** HAud aliter triſtitie. ⁊c. Veluti in ꝓhemio noſtro diximꝰ. Boetiꝰ duo ꝑncipaliter intēdit
in hoc opere: alterū vt ſe a crimie: ⁊ ſuſpitiōe criminis purget ſuā innocentiā ⁊ vite inte-
gritatē oſtēdēdo. Alterū vt deſolatos ⁊ ſimili caſu oppreſſos cōſolet̃ vtroruq̄ʒ aūt in hac
proſa inchoat purgationē (cū phia eū innocentē ꝓfiteat̃) ⁊ cōſolationē. quādoquidē id
alijs quoqʒ magnis ⁊ ꝓbis viris eueniſſe oſtēdit. In qua re nō eſt ꝑncipalis ꝯſolatio. et
vt aiunt ſolatiū habere in penis. Nā ſicut bonū quāto cōmuniꝰ: eo meliꝰ. ita ecōuerſo: malū quāto cō-
munius tāto execrabiliꝰ. Eo tñ pacto fere ſe habet fragilis noſtra mortalitas vt modeſtiꝰ toleremꝰ
que pluribꝰ infligi ꝯſpicimus. Verū ex ea re ꝑncipaliter ſe cōſolat̃ Boetiꝰ ꝙ nō poſſit ſibi dedecori
dari: ſi patiat̃ ꝙ bonos viros aliquādo paſſos fuiſſe docet. Qđ efficax argumentū eſt ad ꝓbandum
⁊ ſi vinctꝰ ⁊ in carcere ſit nō ꝯtinuo maleficiū ꝑpetraſſe. Vtit̃ aūt exemplis taʒ grecoꝝ q̄ʒ latinoruʒ:

**Anaxagoras.** tam veterū q̄ʒ nouitiorū philoſophoꝝ. De grecis aūt philoſophis nō obſcura eſt ex laertij monumē-
tis hiſtoria. Verūtamen ſi q̄s eū ad manū nō habeat. De anaxagora ſic inq̄t. Anaxagoras hegeſi-
bulo ſiue ebulo patre clazomenius anaximenis: fuit vir nō mō generis gloria ⁊ operibꝰ. verū animi
quoqʒ magnitudine clariſſimꝰ: q̄ ſuis totū patrimoniū cōceſſit ad ſpeculādum rerum naturā ſe cōfe-
rens: patriamq̄ʒ ſibi celū eſſe iudicās: docebat ſolē eſſe candēs ferrū ⁊ penitꝰ ignitū. Primꝰ homeri
poema de ꝟtute ⁊ iuſtitia compoſitū eē dixit. Varia aūt de eiꝰ dānatione referunt̃. Nā in ſucceſſio-
ne philoſophoꝝ tradit Sotion a cleone impietatis accuſatū. ꝙ ſolē cādentē dixerat laminaʒ: ac pe-
nitus ignitā. Defenſuʒ aūt a pericle diſcipulo quiqʒ talētis mulctatū: exilioqʒ dānatuʒ fuiſſe. Porro
ſatyrus in vita Thucidide: accuſatū q̄ ꝯtraria pericli in reipublice adminiſtratiōe ſentiret neqʒ im-
pietatis mō: verū ⁊ ꝓditionis abſentemq̄ʒ morti addictum: ⁊ cū illi renūciata eſſet ⁊ dānatio ſua et
filiorū mors: ad alteꝝ dixiſſe. Iam pridē aduerſuʒ illos atqʒ ſe ex equo maturā tuliſſe ſententiā. Ad
alteruʒ Sciebā me genuiſſe mortales. Alij hoc ad Solonē referūt. alij ad Xenophontem. Hūc aūt
manibus etiā ꝓprijs ſepeliſſe liberos demetriꝰ phalereus in libro de ſenectute teſtat̃. Hermippus in
vitis carcere incluſuʒ addictūq̄ʒ morti tradidit. Periclem ꝟo ꝑ cōtractum: an illiꝰ vitā in aliquo cri-
minaret̃ cū nullū ei crimē impingi comperiſſet dixiſſe. Atqui ego diſcipulꝰ iſtius ſum. Nolite igitur
inquit calūnijs inducti illum perdere. veꝝ mihi potiꝰ obtēperate liberumq̄ʒ abire ꝑmittite ſicqʒ fa-

**Socrates.** ctū eſſe. Hāc tñ illū iniuriā egre tuliſſe ac ſpōte inde diſceſſiſſe. hec laertiꝰ. vñ patet qđ dicit Boetiꝰ.
Nec anaxagore fugā. De ſocrate aūt tum ex eo tñ ex alijs hec fideliter ſumpſimꝰ. Socrates ſophro-
niſco patre lapidario: matre phenaretra obſtetrice natꝰ athenienſis patria: pago alopecenſis fuit
poetice artis peritꝰ: phiſice peritiſſimꝰ. verū cum ex aſtroꝝ cōtemplatiōe nō ſatis vberē fructum cō-
ſequi ſibi videret̃ ad moralē phiam quā ethicam vocāt aīm appulit: eamq̄ʒ fere primꝰ ſtudioſiſſime
docuit. vñ philoſophiā a celo in terras deuocaſſe narrat̃: fuit belli ⁊ domi clarꝰ: iniuriaꝝ ⁊ cōuitioꝝ
patientiſſimꝰ aī tñ inuicti quē vnū delphica oracula ſapiētiſſimū ꝑdicauerūt. vñ pleriqʒ inuidia mo-
ti eiꝰ accuſandi cauſas q̄ritabāt. tres eiꝰ ꝑcipue accuſatores legunt̃ fuiſſe. Anitꝰ. Melitꝰ: ⁊ Lycon.
Anitꝰ q̄dem officiū ciuiūqʒ partes tuebat̃. Melitꝰ aūt poetaꝝ accuſans eū adoleſcētum corrupto-
rem ⁊ deoꝝ execratorē. Lycon ꝟo oratoꝝ. Dānatꝰ eſt iudicū ducētis octuaginta ⁊ vna ſentētijs: et
ſicutam q̄ eſt herba tā frigida vt veneni vim habeat in carcere Athenieñ. bibēs poſtq̄ʒ multa de im-
mortalitate aīoꝝ differuerat: diē obijt. Cuiꝰ iteritꝰ poſtea Athenieſibꝰ tm̄ dolorē icuſſit: vt paleſtras
⁊ gymnaſia clauderēt. ⁊ alios q̄dē exilio militū ꝟo more donarēt. Socratē aūt Enea ſtatua honora-
rent. Erat vehemēs diſputator: pauca aut nulla ſcripſit: ſʒ eiꝰ auditores ⁊ ꝑcipue Plato: ab eiꝰ do-
ctrina ſumpſiſſe putant̃ fere q̄ ſcripſerūt oīa. Ex his ptʒ cur dicat Boe. Socratis venenū. Addit nec

**Zeno.** zenonis tormēta. Pro quo ſciēdū ꝙ tametſi Laertiꝰ octo zenones fuiſſe dicat. de Eleate tñ nūc boe-
tiuʒ loqui certū eſt. Erat em̄ zeno eleates Piretri filiꝰ. Vir ſapiētie pleniſſimꝰ ⁊ egregia aī libertate
preditꝰ. Iniuriaꝝ minꝰ patiēs: dyalectice inuētorē fuiſſe dicūt. Is cū Nearchū tyrānuʒ ſiue dyome-
dontē deijcere ac ꝓfugare voluiſſet: cōprehēſus eſt. Cūqʒ tyrānꝰ eū ꝑ irriſionē iterrogaret de cōſcijs
⁊ armis q̄ in liparis habuerat: volēs ipʒ deſtitutūqʒ oſtēdere oēs illiꝰ amicos ꝯiuratiōis eſſe ꝯſcios
dixit. Deide cū de q̄buſdaʒ dixiſſet. q̄daʒ ſibi ad aurē loq̄ velle ſignificauit: eāqʒ mordicꝰ appħenſaʒ
nō añ dimiſitq̄ʒ dētibꝰ ꝑforaſſet idē paſſus qđ ariſtogito tyrānicida. Demetriꝰ ꝟo equiuocis naſum
ei abſcidiſſe ait. porro anthiſtenes i ſucceſſiōibꝰ illū cū amicos nūciaſſet rogatū a tyrāno: eſſet ne aliꝰ
quiſpiā dixiſſe ait. Tu ciuitatis ꝑnicies. atqʒ aſtātibꝰ ita locutū eē. Admiror equidē veſtrā vecordiā
ſi hoꝝ grā q̄ nūc ego tulero tyrāno ſeruire decernitis. Demū ꝑciſaʒ linguā in ora tyrāni cōſpuiſſe: ci-
ueſqʒ ꝯtinuo facto impetu lapidibꝰ tyrānuʒ obruiſſe. Hec oēs ferme ita tradiderūt. Ceteꝝ hermippꝰ
illū in canū lapidē iniectū ꝯtuſumqʒ fuiſſe ait. Hec Laertiꝰ. Ex q̄bus ptʒ q̄ fuere zenonis tormēta
de q̄bus boe. meminit. Senece aūt ceteroruq̄ʒ mortē notiſſimā puto oībꝰ q̄ res romanas legerūt. Ca-
nij aūt i. iiij. ꝓſa huiꝰ ꝑmi libri meminit. Reſtat igit̃ pauculas voces iterpretari. Lar. i vtroqʒ nūero
ſed ſepiꝰ in plurali ꝑ ſuis cuiuſqʒ edibꝰ accipit̃: ꝑ eā figurā qua deoꝝ noīa ꝑ rebꝰ q̄bus ꝑſunt acci-

**Lares** piunt̃. Sunt em̄ Lares dij familiares ⁊ domeſtici q̄ ⁊ penates ⁊ genij nō ſine diſcrimine dicuntur.
¶ Meā ſi criminationē vererer ⁊ q̄ſi nouū aliq̄d ⁊c. Sic itelligo. Ego inq̄t phia. ꝑhorreſcerē. i. mul-
tuʒ ⁊ ꝑfecte horrerē ſi ego vererer meā criminationē. ⁊ ſi aliq̄d q̄ſi nouū acciderit. Duo em̄ ſunt que
nos ꝑturbāt. nouitas rei q̄ ꝑiculū ꝑ ſe fert ēt ſi nullū ſit ⁊ ꝑiculi certitudo ⁊ ineuitabilitas. Meminerit
aūt grāmaticꝰ potiꝰ legēdū eē ſi criminationē mei vererer q̄ʒ meam. Meꝰ em̄ tuꝰ ſuꝰ noſter ⁊ ve-
ſter: actionē aut poſſeſſionē importāt: ⁊ ob id volūt cū ꝟbali actiue aut poſſeſſiue ꝟtutis ꝯſtrui. Mei

aūt tui:ſui:nři:ꝛ vři:tm̄ paſſionē quo circa paſſiuū efflagitāt:vt criminatio mei quā ego patioꝛ.criminatio mea eſt quā ego facio.hic ergo dicendū erat mei:ꝛ ſic ſcripſiſſe boetiū puto:ſʒ aliter habeat. Laceſſo ꝛ ſilia ꝟba in ſo ſi laurētio vallēſi credēdū ē:nō deſideriū aī:ſʒ actionē corpis ꝛ quādā itionem ſignificāt:vt viſo viſuʒ eo.ꝛc. Salū.eſt mare ſalū cui⁹ fluctib⁹ inſtabilitas mūdi aptiſſime cōparatur. Numeroſus exercit⁹:ſic ſcriptū eſt in bonis codicib⁹:cū tñ multi legāt innūeroſus ꝛc.nō aīaduertētes ꝙ tametſi in hac ſignificatiōe recte dicat̄ innumer⁹:nō recte tñ dici innūeroſuʒ. Que em̄ in oſus exeūt fere plenitudinē importāt. Innumerū aūt ē ſine nūero.vñ innūeroſuʒ eſſet plenū ſine numero qđ inepte dr̄. Nūeroſus ergo exercit⁹ eſt abūdās:ꝛ multi nūeri:ſeu copioſus. Paſſiʒ.i.ꝑ ſingulos paſſus.lymphāte.i.ſtolide titubāte aut oberrāte. Lympha em̄ eſt q̄ſi id qđ nympha q̄ eſt aquarꝫ dea:quocirca ꝑ metonymiā tā nympha q̄ʒ lympha ꝑ aqua repitur:inde q̄deʒ lymphati⁹ vinū dicūt qđ aqua abūdātius mixtū eſt:qđ latini poti⁹ diluti⁹ dicāt: lymphatū em̄ poti⁹ aut furoꝛe captū dicim⁹:eo ꝙ apud gētilitatē olim q̄ incauti⁹ deas q̄s nymphas aut lymphas vocabāt:i aq̄s viderāt ſubito furoꝛe inuehebant̄. Pro furēte ğ recte h̄ accipit̄. Copie in plurali nūero abūdantē exercitū ſignificāt. In qua ſignificatiōe ſingulariter nō niſi licēter vt poetice repitur:vi.ij. Enei. Reſpicio ꝛ q̄ ſit me circū copia luſtro. Sarcinulas apte poſuit. Sunt em̄ ſarcinule faſciculi migrātiū:h̄ eſt quos colligūt ꝛ depoꝛtāt mutātes māſiones ſuas.vñ milites dū caſtra mutāt ſarcinulas colligere dicunt. Viliſſima q̄qʒ rerꝫ. Vile eſt quicq̄d paruiſemit̄ ēt ſi viliſſimū ſit.vñ panis vilis dici pōt. Quiſqʒ ſuplatiuo iūgi vult:a nūmerali oꝛdis cū quo nō oꝛdinē:ſʒ queuis de illo nūero ſignificat vt dicim⁹ q̄ſqʒ eſt quis de decē ſiue ꝓmus ſiue ſcđs:ſiue ali⁹. Iūgi aūt ſolet ꝯtinue ſuplatiuis.vñ legēduʒ eſt. Viliſſima q̄qʒ rerꝫ poti⁹ q̄ʒ viliſſima rerū queqʒ.vbi grāmatic⁹ annotat genitiuū rerū ſub defoꝛmitate generis poſſe ꝯſtrui cū noīe collectiuo ſeu ſuplatiuo:vt apud Horatiū in ſermonib⁹. Quid agis dulciſſime rerū? Et hic viliſſima rerū. Sʒ hic pōt quodāmō abſolute ſeu ſubſtātiue poſitū dici. Securi.i. ſeoꝛſuʒ a cura. Aduerte aūt diſcrimē ēē inter ſecurꝫ ꝛ tutū:q2 ſecur⁹ eſt q̄ curā nō hʒ:ſʒ in maxio ꝟſetur periculo. Tut⁹ aūt q̄ defenſus eſt ꝛ ꝑtectus ꝛ ob id extra ꝑiculū poſit⁹:tametſi maxia ſit cura et animi ſollicitudine.vñ Ebrij ꝛ Stolidi ſepe ſecuri raro tuti. Cetera nota ſunt.

Laceſſo. Lymfa: Nymfa. Copie. Sarcinulas. Vile Quiſqʒ Rerum. Secur⁹ Tutus.

## ¶ Metrum quartum pꝛimi libꝛi.

Quiſquis compoſito ſerenus euo.
Fatum ſub pedibus egit ſuperbum:
Foꝛtunamqʒ tuens vtramqʒ rectus:
Inuictum potuit tenere vultum.
Non illum rabies:mineqʒ ponti
Verſum funditus excitātis eſtum:
Nec ruptis quotiens vagus caminis:
Toꝛquet fumificos Veſeuus ignes:
Haud celſas ſoliti ferire turres:
Ardentis via fulminis mouebit.
Quid tātum miſeri ſeuos tyꝛannos.
Mirantur ſine viribus furentes.
Nec ſperes aliquid:nec extimeſcas.
Exarmaueris impotentis iram.
At quiſquis trepidus pauet:vel optat.
Quod non ſit ſtabilis:ſuiqʒ iuris.
Abiecit clipeum locoqʒ motus.
Nectit qua valeat trahi cathenam.

Quiſquis cōpoſito. Hic incipit quartū metrum hui⁹ libꝛi qđ vocāt metrū valēticū ab inuētoꝛe:ꝛ ꝯſtat ex ſpondeo: dactilo ꝛ trib⁹ trocheis.vnde pōt dici metrū trochaicū a pede ꝑdominante. In hoc metro ph̄ia oñdit qualiter hō debeat ſe habere:vt ꝑſecutiōes impꝛoboꝛū nō ꝑualeāt ꝯtra ipm̄:ꝛ hoc pꝛīo declarat q̄buſdā ſimilitudinib⁹.ſcđo exclamat ꝯ timētes tyꝛānos.ſcđa ibi. Quid tm̄ miſeri.dicit pꝛīo. Quicūqʒ hō ſeren⁹.i.clarus ꝟtute compoſito euo.i.oꝛdinata vita egit.i.calcauit ſub pedib⁹ ſuꝑbuʒ fatū.i. euentū rerū tꝑalium:ꝛ quicūqʒ tuēs.i.reſpiciēs vtrāqʒ foꝛtunā.i.ꝓſperā ꝛ aduerſam:rect⁹ nō flexus potuit tenere vultuʒ.i.aīm inuictū:ita ꝙ nō vincat̄ ꝓſperitate extollendo:nec aduerſitate depꝛimendo: illū hoīem nō mouebit.i.turbabit rabies ponti inūdatio maris exagitātis.i.mouētis fundit⁹.i.a fundo.eſtuʒ ꝟſum.i.ebullitionē verſam:q2 in ebulliōe maris aqua vertitur ꝑ fluxum ꝛ refluxum.q.d. Impetus maris faciēs ebullitionē nō nocebit illi homini q̄ nō extollit̄ in ꝓſperis nec depꝛimit̄ in aduerſis:nec tali hoī nocebit ignis veſeui mōtis:quotiēs ille mōs toꝛquet.i.emittit ignes fumificos ruptis caminis.i.cauernis ſuis.q.d.nec tali hoī nocebit vagus veſeuus ſuis ignib⁹:nec illū hominem mouebit via ardētis fulminis ſoliti id eſt conſueti ferire celſas turres.

Sanct⁹ thomas.

¶ Nota philoſophia tangit tria q̄ nocēt homini qui cōſtans eſt in vtraqʒ foꝛtuna. Pꝛimum eſt rabies maris per quam deſignantur luxurioſi.ſicut enim mare:ſole:ꝛ motu ſuo incaleſcit ꝛ fetet:ſic luxurioſi concupiſcentia ſua inardeſcunt:et peracta libidine fetent:de quibus dicit ſcriptura. Perierunt iumenta ex ſtercoꝛe ſuo tales luxurioſi

Luxurioſi.

Auari. nõ nocebũt homini cõſtãti in vtraq; fortuna. Secũdũ qđ tangit eſt ignis veſeui montis per quẽ deſignant auari ⁊ inuidi: ſicut eñ ignis veſeui montis ſemp ardet ita auari ardẽt in cõcupiſcentia bonorum exteriorũ: ⁊ ſicut ignis eructãs qñq; cõſumit loca vicina: ſic inuidi qñq; nocẽt verbis ſed nõ

Supbi. poſſunt factis: ⁊ tales inuidi nõ nocebũt conſtanti. Tertiũ qđ tangit eſt ictus fulminis p quẽ intelligunt ſuperbi. ſicut eñ fulmẽ generat in alto: ſic ſuperbi alte ſe extollũt ⁊ mirabile videt de ſuperbis: q cũ aliis hoĩbus habitare nolũt. ⁊ tamẽ ad celũ volare nõ poſſunt. tales ſupbi nõ nocebũt homini cõſtãti. Alij p rabiẽ maris intelligũt inuidos: p ignẽ iratos: p fulmẽ ſupbos vt dictũ eſt. Alij p mare qđ eſt ſonoroſum intelligunt auaritiã: p ignẽ penã corpis: p fulmẽ rerũ ablationem. Nota veſeuus eſt mons Italie intrinſecus ardens qui qñq; ruptis caruernis emittit ignẽ qui loca vicina cõſumit. ¶ Nota circa hoc q dicit ſerenus euo. Seneca dicit. Talis eſt animus ſapiẽtis qualis eſt mundus ſuplimitatus. talis aũt mũdus ſemp eſt ſerenus: ⁊ ſic eſt animus ſapiẽtis in vtraq; fortuna ſemp eſt ſerenus. vñ Ariſto. in Ethi. dicit ſapiẽs bñ ſcit ferre fortunas: q ſe hʒ ſicut tetragonũ ſine vituperio. ¶ Quid tñ miſeri. Hic phia exclamat cõtra timẽtes tyrãnos dicẽs. Quid. i. quare miſeri hoĩes mirant timẽdo ſeuos tyrãnos: furẽtes ſine viribus: quaſi dicat tyrãni ſunt imponẽtes: q nõ ꝑualẽt niſi inquãtũ homo ſe ſubijcit eis. Et addit. Non ſperes aliquid de bonis tpalibus nec timeas eos de aduerſitatibus: tũc tu exarmaueris. i. debilitaueris irã impotẽtis tyrãni. Sed quicũq; homo trepidus pauet timore malorũ tẽporaliũ: talis vel optat bona tẽporalia: talis nõ eſt ſtabilis ⁊ ſui iuris. i. proprie libertatis: ipſe abiecit clipeũ ſecuritatis: ⁊ motus a loco ſtabilitatis ipſe nectit. i. cõponit cathenã affectionũ qua valeat trahi ad triſticiã ⁊ dolorẽ mẽtis. ¶ Nota poteſtas terrena ad nihil ſe extẽdit niſi ad largiendũ bona tpalia vel ad auferẽdũ ea: ⁊ ideo nullus ſubiacet terrene poteſtati niſi q ſperat talia bona vel timet eorũ ablationẽ: q aũt nõ timet nec imperat: ipſe eſt oĩno ſupra vel extra terrenã poteſtatẽ: ⁊ q p cõſequẽs terrena poteſtas ſibi nec ꝓficere: nec obeſſe poteſt: ꝓpter qđ phia exclamat cõtra illos q tãq; miſeros qui ſepe bonorũ tẽporaliũ vel timore ablationis eorũ ſubijciũt ſe terrenis poteſtatibus dicẽs. Quid tñ miſeri. ¶ Nota circa illud. At quiſquis trepidus. Sene. dicit in libro de virtutibus cardina. Magnanimitas ſi inſit animo tuo cũ magna fiducia viue intrepidus ⁊ alacer. Magni animi eſt nõ vacillare: ſed cõſtare ⁊ finẽ vite intrepide expectare. Si magnanimus es nunq; iudicabis tibi cõtumeliã inferri ab inimico: ſed dices nihil mihi nocuit: ſed animuʒ nocẽdi habuit. ¶ Nota tyrãnus quondã dicebat quidam rex fortis: ⁊ dicebat a Tyro. i. fortitudine. Sed illud nomẽ eſt iam appropriatũ in principatibus peſſimis ⁊ dicunt a tyro. i. ab anguſtia quam inferũt ſuis ſubditis. ¶ Nota q clipeus ſumit hic p rõne hominis. q ſicut clipeus defendit nos ne ledamur a telis ⁊ a ſimilibus ita ratio hominis tuetur eum ⁊ prouidet ſibi ne offendatur.

Magnanimitas.

Tyrãn⁹.

Aſceñ⁹. Quiſquis cõpoſito ⁊c. Oda eſt monocolos hendecaſſyllaba trochaica valẽtica. Monocolos ideo q oẽs verſus eiuſdẽ ſunt metri hendecaſſyllabi: q. xj. ſillabis cõſtat. trochaica: q ſepe in fine tres trocheos habet: quãuis vltima ſyllaba eſt cõis qđ ſpõdeũ introducat. Sunt ergo quinq; pedes ſpõde⁹: dactilus: ⁊ tres trochei. Quo circa qdã vt in nõnullis coducibus habet legũt verſum funditus actiãtis eſtuʒ: ſi eñ agitãtis legas: pirrichiũ ponas tertio loco: qui cõſtat ex duabus breuibus: alij exigẽtis eſtũ nõ inepte legũt. Itẽ vbi alij ponẽtes tertio loco ſpõdeũ legũt. Quid eñ miſeri ſeuos tyrãnos: meliores codices habẽt feros tyrãnos. In hoc carmine phia docet oẽm hoĩem verã animi libertatẽ obtinere poſſe: nihilq; hoĩ metuẽdũ q ſuis bonis. q virtus ⁊ ſciẽtie ſunt cõtentus eſt. neq; extrema bona amittere formidat: neq; adipiſci deſiderat. Si velimus aũt ſine allegoria carmẽ hoc pure legere nõ obſcurus erit ſenſus. Vbi dicit q cũq; fatũ ideſt mortis neceſſitatẽ ⁊ fortunã. i. rerũ externarũ euẽtũ ſub pedib⁹ habet, tãto aĩo ꝓditus eſt: vt neq; furibundo mari: neq; fornacibus flagrãtis mõtis: neq; fulmine terreatur. Quãto minus ille tyrãnus timendus ſit. Veſeuus qui ⁊ veſenutus dr olim flãmas emiſiſſe dr. nihil hic exiſtimo expoſitionis egere.

Sanct⁹ thomas. Sentis ne inquit hec. Hic incipit ꝓſa quarta in qua phiſoſophia pmo inquirit Boetium ſup attentionẽ ꝓdictoruʒ: ⁊ hortatur ipſum ad ſui morbi reuelationẽ. Secũdo Boe reuelat morbũ ſuũ: ibi. Cum ego. Primo dicit. O Boe. nũquid ſentis. i. intelligis ea q dicta ſunt: atq; illabunt. i. imprimunt aĩo tuo. Et ſubiungit grecũ. Es ne aſin⁹ ad lyrã: qđ fles qđ manas. i. fluis lachrymis: Et ſubiũgit grecũ qđ tñ valet. Cõfitere mihi ne abſcõdas ſi expectas operã. i. intelligẽtiã medicãtis oportet vt detegas. i. manifeſtes vulnus tuũ. ¶ Nota q ꝓuerbiũ erat apud grecos cũ aliqs audiuit ꝟba alicuius ⁊ nõ auertit nec cu

¶ Proſa quarta primi libri.

Sentis ne: inquit: hec: atq; aĩo illabunt tuo. Expers es lyre: al's. Es ne aſinus ad lyram: Quid fles: quid lachrymis manas: Confitere mihi: ne occultes. Si operã medicãtis expectas: oportet vt vulnus detegas tuũ. Boe. ¶ Tuʒ ego collecto in vires aĩo. An ne adhuc eget ammonitione: nec per ſe ſatis eminet fortuna in nos ſeuientis aſperitas: Nihil ne te ipſa facies loci mouet: Heccine eſt bibliotheca quã cer-

rauit intellectũ verborũ illi dicebat̃:es ne aſinus ad lyrã?facis enim ſicut aſinus poſitus circa lyraz qui audiuit ſonũ lyre.ſed nõ percipit melodiaz nec ꝓportionẽ ſonorũ intelligit:nec delectat̃ in ea:ſic aliquis audiens verba ꝛ nõ curãs intellectũ eorum dr̃ eſſe aſinus ad lyram. ¶ Nota. Si quis voluerit ſanari oportet morbũ vel vulnus ſuum detegere ꝛ manifeſtare. vnde Seneca tertia epiſtola. Nemo ꝑ ſe ſatis valet vt emergat:ſed oportet vt manũ porrigat ꝛ alius ipm̃ extrahat.tũc em̃ morbi ad ſanitatẽ inclinãt:cũ ex addito erumpũt ꝛ vim ſuã proferant. *Aſin⁹ ad lyram.*

tiſſimam tibi ſedem noſtris in laribus ipſa delegeras:in qua mecum ſepe reſidens de diuinarũ humanarũq; rerũ ſciẽtia diſſerebas?Talis habitus?taliſq; vultus erat?cum tecum nature ſecreta rimarer?cũ mihi ſyderum vias radio deſcriberes:cum mores noſtros:totiuſq; vite rõnem ad celeſtis ordinis exẽplar formares?Heccine pmia referim⁹ tibi obſequẽtes?

¶ At q̃ tu hãc ſententiã Platonis ore ſanxiſti:beatas fore reſpublicas:ſi eas vel ſtudioſi ſapiẽtie regerẽt:vel earum rectores ſtudere ſapientie contigiſſet: tu eiuſdẽ viri ore hãc ſapiẽtib⁹ capeſſende reipublice neceſſariã cauſaz eſſe monuiſti:ne iprobis flagitioſiſq; ciuib⁹ vrbiũ relicta gubernacula peſtẽ bonis:ac perniciem ferrẽt.Hãc igit̃ autoritatem ſequutus quod a te inter ſecreta ocia didiſcerã trãſferre in actũ publice adminiſtratiõis optaui.tu mihi ꝛ q̃ te ſapiẽtiũ mẽtibus inſeruit deus cõſcij:nullum me ad magiſtratum niſi cõe bonorũ oim ſtudiuz detuliſſe.Jnde cum improbis graues:inexorabileſq; diſcordie: ꝛ qđ cõ-

¶ Cum ego collecto. Hic Boetius reuelat morbum ꝛ dolorem ſuũ.Primo oſtẽdit ſe eſſe perturbatum ex his que iniurioſe agebant̃ circa ipſum.ſecundo ex his q̃ generaliter vidit in alijs: ibi.Uidere autẽ videor. Primo oſtẽdit ſe perturbatũ ex ſui exilij relegatione. Secũdo ex meritorũ ſuorũ fruſtratione. Tertio ex iniuſta ſui cõdẽnatiõe. Quarto ex fame ſue leſiõe.ſecũda:ibi Quotiẽs ego. tertia:ibi. Quibus aũt.quarta ibi. At vero hic. Adhuc diuidit̃.primo facit qđ dictuz eſt.ſecũdo reſpondet obiectioni:ibi. ¶ Atqui.Dicit primo ſic.Tuz id eſt tũc: ego Boetius collecto animo in vires:id eſt reſumptis viribus animi: dixi.An ne ſatis eminet.i.apparet aſperitas fortune. ſeuientis cõtra nos:nunquid adhuc eget ammoninitione:ideſt declaratione:nunquid facies:ideſt diſpoſitio huius loci:ſcilicet carceris:monet te?heccine:ideſt nũquid hec eſt bibliotheca: ideſt loc⁹ ſtudij quez habui in patria quã tu philoſophia delegeras:ideſt elegiſti: tibi certiſſimã ſedẽ in noſtris laribus: in qua bibliotheca tu mecũ ſedens differebas:ideſt diſputabas de ſciẽtia rerum diuinarũ ꝛ humanarũ:nunquid erat mihi tunc talis habitus vilis ꝛ talis vultus triſtis cum ego rimarer.i.inueſtigarẽ tecũ ſecreta nature:cum deſcriberes mihi vias ſyderũ:ideſt curſus ſtellaruz radio:ideſt virga geometrali:cũ tu formares:ideſt formare, docuiſti mores nr̃os.i.mores hoim̃ ꝛ rationẽ:ideſt diſpoſitionez totius vite ad exemplar:ideſt ſimilitudinem celeſtis ordinis:ſunt ne iſta premia que referimus: ideſt reportamus tibi obſequẽtes:ideſt ſeruientes. ¶ Nota ꝙ bibliotheca eſt loc⁹ vbi reponunt̃ libri.ꝛ dr̃ a biblo:ideſt iunco:in quo antiqui ſcribebãt libros:talẽ bibliothecã habuit Boeti⁹ rome marmoreis lapidibus poſitã in qua ſtuduit de rebus diuinis ꝛ humanis. *Bibliotheca.* ¶ Nota ꝙ boe.dicit philoſophiã ſibi elegiſſe certiſſimã ſedẽ in bibliotheca.q.d.pro tanto:qr licet boetius eſſet diuerſis officijs ꝛ negocijs occupatus:tamẽ nulli eorũ tam certis tp̃ibus ꝛ tã certa ratione vacabat:ſicut ſtudio in libris philoſophicis:quos in certo loco repoſitos habuit. ¶ Nota ph̃ia tractat de reb⁹ humanis. vñ Seneca ep̃la.xxxi. Nõ põt virtus ꝑfecta eſſe:nec equalis tenor vite ſine ph̃ia.ꝑ quã diuina ꝛ hũana cognoſcunt̃:qr ſi te occupas incipis eſſe deoꝝ ſoci⁹.ꝛ alibi dr̃. O lucille ſcio neminẽ bñ viuere poſſe ꝛ tolerabiliter ſine ſtudio ph̃ie:qr ſine ſtudio ph̃ie anima egra eſt. ¶ Nota ꝙ Boeti⁹ ſtuduit in naturali ph̃ia:ꝓpter hoc dicit.Cũ tecũ nature ſecreta rimarer:ſtuduit etiã in ph̃ia morali:ergo dicit.Cũ mores nr̃os Studuit etiã in aſtrologia:ꝛ ꝓpter hoc dicit.Cũ mihi ſyderũ vias radio deſcriberes.Ubi nota radius eſt virga geometralis qua geometri deſcribũt figuras in puluere ſuppoſito. ¶ Nota qđ vita hũana ꝛ mores hoim̃ debẽt formari ad ſimilitudinẽ celeſtis ordinis:ſicut em̃ ſphere inferiores planetarũ obediũt ſphere ſuperiori ꝛ regunt̃ motu firmamẽti ſic virtus noſtra ſenſibilis dꝫ obedire virtuti rõnali:ꝛ regi ab ipſa.turpe em̃ eſt abijcere regimẽ ſuperiorũ ꝛ iducere regimẽ inferioꝝ qđ nobis cõe eſt cũ beſtijs.ſicut dicit Albert⁹ ſup.iij.de aĩa. *Uita humana.* ¶ Nota ex quo Boe.rõne ſue ſapiẽtie in miſeriã fuit poſit⁹:ideo dicit ad ph̃iaz ſunt ne hec pmia q̃ nos referim⁹ obſequẽtes tibi. At q̃ tu hãc ſniaz. Hic Boe.rñdet obiectiõi.poſſꝫ em̃ ph̃ia ſibi obijcere dicẽdo: q̃le pmiũ debuiſti reportare cũ tu nõ ſtuduiſti ꝓpt̃ cõe bonũ:ſꝫ ꝓpt̃ vanã gl̃iaz ꝛ ꝓpt̃ ꝓpriã vtilitatẽ,

ſciētie libertas habet: pro tuendo iure ſpreta potētū ſemp offenſio Quotiēs ego Conigaſtū in imbecillis cuiuſqꝫ fortunas impetum facientem obuius excepi. Quotiens Triguillam regie prepoſitū domus ab incepta perpetrataqꝫ iam prorſus iniuria deieci. Quotiens miſeros: quos infinitis calūniis impunita barbarorum ſemper auaritia vexabat: obiecta periculis autoritate ꝓtexi: Nūqꝫ me ab iure ad iniuriā quiſqꝫ detraxit. ¶ Prouincialium fortunas tum priuatis rapinis: tum publicis vectigalibus peſſundari non aliter ꝙ qui patiebanᷓ: indolui. ¶ Cū acerbe famis tēpore grauis atqꝫ inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Cāpaniā ꝓuinciā viderēᷓ. certamē aduerſum ꝑfectum pretorij communis commodi ratione ſuſcepi: rege cognoſcente contendi: et ne coemptio exigeretur euici. ¶ Paulinum conſularem virū cuius opes palatine canes iaȝ ſpe. atqꝫ ambitione deuoraſſent: ab ipſis hiantium faucibus traxi. Ne Albinum conſulatem virum preiudicate accuſationis pena corriperet odijs me Tyranni delato-

Cui obiectioni rn̄det Boe. dicēs. O ph̄ia tu ſanxiſti. i. cōfirmaſti hāc ſn̄iaȝ ore Platonis beatas eſſe reſpublicas ſi eas ſapiētes regerēt: vel ſi rectores eaꝝ cōtigiſſet ſtudere ſapiētie: ⁊ cōfirmaſti ore eiuſdē platonis neceſſariū eſſe reipublice ꝙ a ſapiētibꝰ regereᷓ: ne gubernacula. i. regimina cōmiſſa improbis: qꝫ ꝑ ⁊ flagitioſis ciuibꝰ vrbiū inferrēt peſtē. ac. i. etiā ꝑniciē. i. dānū bonis hoibꝰ: igiᷓ ego ſecutꝰ hāc autoritatē. i. ſn̄iam quā didicerā a te ph̄ia inter ſecreta ocia: ego optaui. i. curaui trāſferre. i. deducere in actū. i. opus publice amminiſtrationis. i. cōmunis vtilitatis: tu philoſophia et deus qui inſeruit. i. infudit te mentibus ſapientum eſtis mihi conſcij. i. teſtes: nullum ſtudiū me detuliſſe ad magiſtratum niſi cōmune ſtudiuȝ bonorum: quaſi diceret nihil mouit me ad magiſtratū gerēdū niſi cōis vtilitas: inde. i. ꝓpter hoc mihi erant graues. i. difficiles: qꝫ pro ⁊ inexorabiles. i. implacabiles diſcordie cū improbis ⁊ ſemꝑ fuit mihi ſpreta offenſio potētiū ꝓ tuēdo iure. i. ꝓ iuſticia defendēda. ⁊ qđ hȝ libertas ꝯſciētie. i. libera cōſciētia. i. nullū timere ꝓ tuēdo iure. ¶ No. ſm̄ Platonē btā eſt reſpu. cuiꝰ dn̄s ph̄us eſt: ⁊ vegeti cuiꝰ dn̄s puer eſt. ⁊ rōnabiliᷓ: qꝛ ph̄ia ⁊ ſapiētia vitā diſponit: actiones regit agēda ⁊ omittēta demōſtrat. vn̄ Senē. xvi. epl̄a. di. Si vis oīa tibi ſubijce ⁊ te rōni. Multos eīm rexeris ſi ratio te rexerit. ⁊ Ariſto. in ꝓhemio metaphiſice. Sapiētis eſt regere ⁊ ordinare. ex quibus patet ꝙ regimē reipublice ſpectat ad ſapiētes. ꝓ tāto dicit Tullius in principio ſue rhetorice Ad remp. plurima pertinēt cōmoda: ſȝ moderatrix ⁊ regulatrix omniū rerum preſto eſt ſapientia. ¶ Nota ꝙ ſtudioſi ſapiētie dicuntur qui adhuc ſtudendo acquirūt ſapiētiam. ¶ Nota ꝙ Boe. ſtudiū vocat ocium: quia in ſtudio homo ociatur ab exteriori occupatione. de quo ocio ſiue quiete loquiᷓ. lxvij. epi. di. Nulla placida eſt quies niſi quā ratio cōponit: ⁊ illa vera eſt trāquillitas in qua mēs bona explicatur. ¶ Nota ꝙ deus immittit ſapientiam mentibus ſapientium: hoc ſcribiᷓ in prologo de regimine principis. Deus eſt qui diuitias ſapientie ſue influit in animas ſapiētum. ¶ No. ꝙ libertas cōſciētie habet nullum metuere: qꝛ dicit Macro. hoc habet libera cōſciētia ꝓprium ꝙ qui eā poſſideat nullum potentem metuat. Item Sen̄. liiij. Sapiens ex libero arbitrio nihil timet imbecillitatem hoīs: qꝛ ſecuritatem dei habet. ⁊ Sen̄. de quatuor virtutibus cardinali. dicit. Ut iuſtus ſis nō ſufficit ꝙ innocētes ab iniuria ſerues. Et idem. Juſticia eſt vinculū diuine ⁊ humane ſocietatis ¶ Quotiens ego. Conigaſtum. Hic Boe. oſtendit ſe perturbatum ex meritorum fruſtratione ſuorū. Et primo tangit merita ⁊ beneficia alijs exhibita. ſecundo tangit fruſtrationē eorum. Sed eſſe. Prima in ſeptem partes ſm̄ ꝙ recitat. vij. beneficia que patebunt. Primo dicit. Ego Boe. multotiens ipſum Conigaſtum qui fuit officialis regis theodorici obuius: ideſt cōtrarius: excepi. i. impediui ipſum facientem impetum. i. inſultū cōtra fortunas. i. cōtra bona fortune cuiuſcūqꝫ hoīs imbecillis. i. impotētis reſiſtere. Tunc poſuit ſecūdū beneficiū di. ¶ Quotiens ego deieci: ideſt auerti triguillam ſic dictum prepoſitum regie domus. i. regalis aule ego ipſum deieci ab incepta et perpetrata iniuria ipſis pauperibus. Tunc ſubiungit tertium beneficium dicens. Quotiens protexi miſeros: ideſt pauperes quos auaricia barbarorum. i. crudelium hominum: impunita. i. incaſtigata vexabat infinitis calumnijs. i. miſerijs: illos ego protexi autoritate mea obiecta. i. expoſita. periculis. i. damnis. nunqꝫ quiſqꝫ. i. aliquis detraxit ideſt deflexit me a iure ad iniuriam. ¶ Nota ꝙ Conigaſtus fuit quidam nobilis familiaris regis Theodorici: qui ſuus officialis fuit: et totus tyrannus. qui plures homines inuaſit impotentes ſcilicet ſua ipſis auferendo: quem Boetius ſibi contrarium a ſuo impetu iniurioſo auertit. talis etiam erat Triguilla prepoſitus aule regie. ¶ Nota ſm̄ Hugu. ꝙ barbarus idem eſt quod crudelis: incultus. ⁊ ſtolidus. ⁊ eſt nomē crudelitatis Unde olim oēs ac vniuerſe gētes dicte ſunt barbare ꝑter grecos ⁊ latinos. ⁊ barbaria dicitur que-

Sapiētȝ ē regere.

Libertas animi.

dā terra iuxta greciā ſita ꝓpter crudelitatis excellētiā. ¶ Nota dicit nūq̄ȝ a iure ad iniuriā: ⁊ hoc debet gloſari ſic ego nec ſum retractus a iure amore: nec odio: nec timore: nec ꝓprio cōmodo: que oīa ſolēt impedire verū iudiciū: vnde dicit Labor intus. Quē nūmus: ꝑſona: ꝓces de tramite recto. Nō ducūt: iudex ſydera laude ferit. ¶ Prouincialiū fortunas. Hic boeti⁹ ponit quartuȝ bñficiū dicens. Ego indolui ſicut illi q̄ patiebant̄ fortunas. i. bona fortune ꝓuincialiū. i. illoruȝ hoīm: tū id eſt aliqñ

ris oppoſui. Satis ne videor in me magnas exacer-
baſſe diſcordias. ¶ Sȝ eſſe apud ceteros tutior de
bui: qui mihi amore iuſticie nihil apud aulicos quo
magis eſſem tutior ſeruaui. Quib⁹ aūt deferētibus
ꝑculſi ſumus? quorū vn⁹ Baſilius olim regio depul
ſus miniſterio: in delatiōe noſtri nōis alieni eris ne-
ceſſitate cōpulſus eſt. Opilionē vero atq̄ȝ Gauden-
tiū cū ob iniurias: atq̄ȝ multiplices fraudes ire in exi
liū regia cēſura decreuiſſet: cūq̄ȝ illi parere nolentes
ſacrarū ſeſe ediū defenſione tuerent̄: cōpertūq̄ȝ id re
gi foret: edixit vt niſi infra ꝑſcriptū diē Rauēna vrbe
decederēt: notas inſigniti frontib⁹ pellerent̄. Quid
huic ſeueritati poſſe aſtrui videt̄? At q̄ eodē die defe-
rētib⁹ eiſdē nōis nri delatio ſuſcepta eſt. Quid igit̄?
Noſtre ne artes ita meruerūt? An illos accuſatores
iuſtos fecit ꝓmiſſa dānatio? Ita ne nihil fortunā pu-
duit? ſi minus accuſate innocētie: at accuſantiū vtili-
tatis. At cui⁹ criminis arguimur ſummā queris? Se

peſſundari. i. ſubijci priuatis rapinis: id eſt occultis: tū. i. aliqñ publicis vectigalibus. i. tributis. quaſi dicat cū prouinciales nūc ſpoliarent̄: nunc in tributis bona ipſorū auferēdo: ego dolui tātū ſicut q̄ patiebat̄. ¶ Nota ꝙ oēm ciuitatē vel regionē quā romani expugnauerāt fecerāt tributariā vel coloniā vel prouinciā. Tributariā faciebāt quādo relictis inhabitatoribus terre ad tributū ſoluēdū hoīes cōpellebāt. Coloniā autē faciebāt cū expulſis habitatoribus alienos inſtituerūt ad inhabitandū. Prouinciā autē faciebāt quādo aliquē romanū ꝑficiebāt illi terre: qui collectis redditibus eos romanis mittere: et habitatores illius terre dicebant̄ ꝓuinciales. Iſti ꝓuinciales aliquādo moleſtabant̄ occultis rapinis: id eſt exactionibus ſuoꝝ ꝑfectoruȝ: aliquādo publicis vectigalibus. i. tributis: que indebito modo ⁊ iniuſto exigebantur ab eis: de quo Boe. doluit. ¶ Nota vectigal ꝓprie dicit̄ tributum qđ dat̄ de vectura. ¶ Nota ſm Hugo. ꝓuincia eſt regio ſubiugata a romanis ⁊ tributaria facta. Inde ꝓuincialis. i. tributarius. Cum acerbe famis tēpore. Hic ponit quintū beneficiū dicens. Cū tpe magne famis eſſet indicta: id eſt inſtituta: grauis coemptio erat profligatura: id eſt punitura cāpaniā ꝓuinciā in opia. i. paūptate. Ego boeti⁹ ſuſcepi certamē cōtra ꝑfectū ꝑtorij: q̄ induxerat iſtā coemptionē: ⁊ ratione cōmunis boni ego certaui: rege cognoſcēte: ⁊ deuici ne exigeret̄ illa coemptio. ¶ Nota coemptio eſt inſtitutio ſup aliqua portione dāda de re emēda vel vendēda: ⁊ talis fuit inſtituta ſup cāpaniā ꝓuinciā deſtruēdā: quā boetius remouit. ¶ Paulinū cōſularē virū. Hic ponit ſextū beneficiū dicēs. Ego traxi. i. liberaui paulinū virū cōſularē cui⁹ opes iam deuoraſſent ſpe ⁊ ambitione. i. cupiditate: canes palatini. i. familiares regis ſimiles canibus: illū traxi a faucibus hiātiū. i. appetētiū opes paulini. ¶ Nota ꝙ familiares regis q̄ ꝑſidebāt palatio vocabant̄ canes palatini. Sicut eñ canes habēt ora hiātia ad capiēdas eſcas: ſic iſti hiabāt ad diripiēdas facultates pauperū romanoꝝ. Tūc ponit ſeptimū bñficiū dicēs. Ego interpoſui me odijs Cypriani delatoris. i. accuſatoris: ne pena ꝑiudicate accuſatiōis corriperet. i. puniret Albinū virū cōſularē. ¶ Nota ꝙ cyprianus q̄ fuit de familia regis iniuſte accuſauit virū albinū cōſularē q̄ prius iudicatus fuit ad penā q̄ȝ accuſatus: ⁊ ne iſta pena cui adiudicatus fuerat ipm virū albinū corriperet Boetius ſe exponēs odijs Cypriani accuſatoris Albinuȝ ſaluauit. ¶ Nota ex iſtis bñficijs enumeratis apparet ꝙ Boe. nō geſſit magiſtratū ꝓ vtilitate ꝓpria: ſed ꝓ cōi bono. Si eñ ꝓpriā vtilitatē intendiſſet: vtiq̄ȝ odiū offenſam ⁊ potētiū euitaſſet: qđ nō fecit. ⁊ prius dicit nūq̄ȝ me a iure ad iniuriā q̄ſq̄ȝ detraxit. Ex quo ſimiliter apparet: ipſum nō queſiuiſſe ꝓpriū cōmodū. tales eñ frequēter de iure deflectunt̄. ⁊ ſubdit nunq̄d videor in me. i. cōtra me exacerbaſſe. i. irritaſſe ſatis magnas diſcordias opponēdo me potētib⁹: q. d. imo. ¶ Sed eſſe apud ceteros tutior. Hic tāgit fruſtrationē ſuoꝝ bñficioꝝ dicēs. Sed ego debui eſſe tutior apud ceteros romanos: q̄b⁹ impēdit iſta bñficia: ⁊ tamē nō ſum tutus vt poſt videbit̄: lȝ ergo nō meruerim ſecuritatē apud aulicos. i. familiares regis: aulā habitātes: in opponēdo me eis amore iuſticie. No. ꝙ vna cā ꝑturbatiōis Boe. fuit fruſtratio ſuoꝝ meritoꝝ: q2 amicitia ⁊ gr̄a illoꝝ fruſtrabat̄ circa ipm quib⁹ multa bñficia impēdit: ⁊ ꝓpter q̄s in multa odia ⁊ indignatiōes incidit. ¶ Quib⁹ aūt deferētib⁹ ꝑculſi ſumus. hic Boe. tāgit ſuā ꝑturbationē ex iniuſta ſui cōdēnatione. ⁊ primo facit hoc. Scđo expurgat ſe de quibuſdam ſibi obiectis. ſcđo ibi Quomodo vti. Primo oſtēdit iniuſtā ſui cōdēnationē ex accuſationē perſonarum vilium. ſcđo ex falſitate criminis ſibi impoſiti. Tertio ex ſeueritate iudicū ⁊ peruerſitate. ſecūda ibi. At cuius criminis. tertia ibi. Et cuius vnq̄ȝ. Primo dicit. Nos ſumus perculſi. i. percuſſi aulicis de-

Terre a romanis ſubacte diuiſio.

Vectigal.

Vide ſecūdos cōmentarios.

natum dicimur ſaluum eſſe voluiſſe. Modum deſideras: delatorem ne documēta deferret: quibus ſenatū leſe maieſtatis reum faceret impediſſe criminamur. Quid igiṫ o magiſtra cenſes: inficiabimur crimē: ne tibi pudori ſimus? At volui: nec vnꝙ̄ velle deſiſtam: fatebimur: ſed impediendi delatoris opera ceſſabit. An optaſſe illius ordinis ſalutem nefas vocabo? ille quidē ſuis de me decretis vti hoc nefas eſſet: effecerat: ſed ſibi ſemꝑ mentiēs imprudētia rerū merita nō pōt īmutare. Nec mihi ſocratico decreto fas eſſe arbitror: vel occuluiſſe veritatem: vel conceſſiſſe mēdacium. Uerum id quomodo ſit tuo: ſapientūq́ȝ iudicio exiſtimandum relinquo. Cuius rei ſeriem atq́ȝ veritatem ne latere poſteros queat: ſtilo etiaȝ memorieq́ȝ mādaui. ¶ Nam de cōpoſitis falſo literis: quibus libertatē arguor ſperaſſe romanā: quid attinet dicere? Quarū fraus aperta patuiſſet ſi nobis ipſorū cōfeſſione delatorū: qđ in omnibus negotijs maximas habet vires: vti licuiſſet. Nam que ſeparari reliqua libertas pōt? Atq́ȝ vtinā poſſet vlla. Reſpōdiſſem Ca-

ferentibus.i.accuſantibus nos: quorū vnus erat Baſilius qui ꝓpter maliciā ſuā depulſus fuerat a miniſterio regis: ille cōpulſus pecunia ſuſceptus eſt in delatione.i.accuſationē noſtri noīs. Alij duo accuſatores noſtri fuerūt Opilio ⁊ gaudētius: quos cū rex Theodoricus ꝓpter innumerabiles fraudes ipſorū ordinaſſet ire in exiliū ⁊ ipſi nolētes parere.i.obedire: ſed tuerenṫ.i.defenderēt ſe intrādo eccleſias: cū illud eſſet cōpertū.i.reuelatū regi: edixit.i.p̄cepit rex: vt niſi infra ſtatutū terminū diſcederent ab vrbe rauēna: deberēt repelli: et primo ſignari in frontib⁹ Cauterio ſicut ſolēt ſignari malefactores Et dicit Boe. Quid videṫ poſſe aſtrui: ideſt cōformari huic ſeueritati: ꝙ eodē die ipſis accuſantibus nos ſuſcepta fuit accuſatio? Quid igiṫ phīa eſt dicendū? meruerūṫ ne hoc artes noſtre.q.d.nō: an dānatio eoꝝ p̄miſſa fecit illos accuſatores iuſtos? q.d.minime debebāt iuſti reputari qui prius dānati erāt. Jta ne.i.nūquid in cauſa nihil puduit fortunā de tali accuſatione: quaſi diceret immo debuit pudere fortunā: ⁊ ſi nō puduit fortunā innocētie accuſati: tñ vilitas accuſantiū debuit eſſe pudori ipſi fortune. ¶ Nota hoc vocabuluȝ ꝑculſus dicit Hugui. Percello lis.ꝑculi in p̄terito ⁊ perculſum in ſupino idem eſt qđ ꝑcutere vel potius terrefacere: ſed ꝑcutere ꝑtinet ad corpus: ꝑcellere ad aīam. ¶ No. circa hoc vocabulū deferētibus: qđ defero tria ſignificat. Primo idē eſt qđ deporto. Jnde delator.i.deportator. ſcđo idē ē qđ honoro. Jnde delator.i.honoris exhibitor. tertio idē qđ accuſo. Jnde delator.i.accuſator q̇ detegit qđ latebat: ⁊ ſic vltimo mō capiṫ hic. vñ ꝟſus. Accuſat: defert: dat honorē: fertq́ȝ deorſuȝ. ¶ No. ꝙ ad teſtes idoneos ſeptē requirunṫ cōditiōes q̄ his verſibus cōtinenṫ. Etas cōditio ſexus diſcretio fama. Et fortuna fides in teſtibus iſta reqr̄es. Primo requiriṫ etas: q2 pueri non poſſunt eſſe teſtes. Scđo reqr̄iṫ cōditio libera: ideo ſerui nō poſſunt ꝓhibere teſtimoniuȝ. Tertio reqr̄iṫ ſexus maſculinus: ideo mulieres nō poſſunt eſſe teſtes. Quarto reqr̄iṫ diſcretio: ideo furioſi ⁊ ſtulti nō poſſunt teſtificari. Quinto requiriṫ fama: ideo ꝑſone infames nō poſſunt teſtificari. Sexto requiriṫ fortuna propter qđ pauperes nō poſſunt teſtificari. Septimo requiriṫ fides propter qđ infideles nō poſſunt perhibere teſtimoniū. Jnter illas cōditiōes due ſunt viliores.ſ.paupertas ⁊ infamia. Boe. ergo volēs oñdere ſuā cōdēnationē iniuſtā ex vtilitate teſtiū accuſantiū ꝓpter quā expellēdi erāt a teſtimonio dicit in vno eſſe defectū fortune.ſ.in baſilio.ſȝ in alijs duob⁹.ſ.Opilione ⁊ Gaudētio dicit fuiſſe vitiū infamie. ¶ No. ꝙ nihil videṫ ſeueri⁹ ⁊ nequius q̄ȝ ꝑſonas viles ⁊ dānādas admittere in teſtimoniū cōtra innocētes: q2 dicit Señ. in de remedijs fortuitoꝝ. Nō pōt hr̄e vllā autoritatē ſententia vbi q̇ dānādus eſt male de te loquiṫ. ¶ At cui⁹ criminis. hic Boe. oñdit iniuſtā ſui cōdēnationē ex falſitate criminis ſibi impoſiti. Scđo ex dictis infert quādā āmirationē: ibi. Qua in re. Prīa ī duo ſm ꝙ duo imponebanṫ Boe. de q̇b⁹ ſe excuſat. ſcđo ibi. Nā de cōpoſitis. Primū qđ ſibi imponebaṫ fuit ꝙ impediuiſſet quēdā nūciū deferētē regi accuſationē ſenat⁹. vt ſenat⁹ redderet reus leſe maieſtatis. dicit ergo in lr̄a. O phīa forte q̄ris ſummā.i.ſnīaȝ criminis cui⁹ criminis cā arguimur. Nos criminamur voluiſſe ſaluare ſenatū: forſam deſideras ſcire ꝑ quē modū. Dico ꝙ nos criminamur.i.arguimur impediuiſſe delatorē ne deferret documēta.i.lr̄as regi: q̇b⁹ faceret ſenatū reū leſe maieſtatis. Quid igiṫ o magiſtra cēſes.i.iudicas: inficiabimur.i.negabim⁹ crimē illud: ne ſimus tibi pudori: atq́ȝ.i.ſȝ ego volui ſaluare ſenatū: nec vnq̄ȝ deſiſtā velle: ſed oꝑa.i.diligētia impediēdi delatoris iſta ceſſabit.i.ceſſare debet: q2 nō eſt verū ꝙ impediuerimus delatoriā lr̄am. Nūquid eſt nefas optare ſalutē illi⁹ ordinis ſcȝ ſenatus.q.d.nō eſt nefas. ille ꝟo ſenatus q̇ cōſenſit in meā dānationē effecerat hoc ſuis decretis.i.iudicijs: ac ſi eſſet nefas ſaluare ip̄m: ſȝ imprudētia ſibijpſi mētiēs.i.in dānū ſuū mētiēs: nō pōt mutare merita reꝝ: ita ꝙ illud qđ pri⁹ fuit meritoriū poſtea fiat demeritoriū: nec puto eſſe licitū ſm p̄ceptū ſocratis occuluiſſe.i.occultaſſe veritatē vel cōceſſiſſe mēdaciū: ſed qūo illud ſit: ego relinquo tuo

Deus an ſit cauſa mali.

et ſapientiū iudicio: veritatē aūt huius rei ne lateat poſteros: ideſt ſucceſſores ego cōmēdaui ſtilo. i. ſcripto ⁊ memorie. ¶ Nota q̄ accuſatio Boetij fuit deteſtabilis: quia facta p̄ infames perſonas: fuit etiā irrationabilis: q̄ꝛ de bono accuſabat̄. ſ. de ſaluatione ſenat⁹: qđ erat bonū: etiā accuſatio boetij fuit iniuſta: q̄ꝛ falſa. accuſabat̄ eñ impediuiſſe delatorē qđ falſum fuit. ¶ Nota ille dꝛ reus leſe maieſtatis q̄ cōtra regē vel aliū principē aliquod malū machinat̄. ¶ Nota inficior inficiaris prime cōiugationis ⁊ deponētale. i. nego. vn̄ Hugui. inficior inficiaris ꝓprie nō eſt nō fateri factū qđ verū eſt: ſed cōtra veritatē vti mēdacio: vel eſt proprie inficiari ſm̄ eū rē debitā denegare cū a creditore depoſcit̄ ⁊ etiā eſt idem qđ cōtendere vel denegare. Accuſatio boetij. Reus leſe maieſtatis. Inficior.

nij verbo q̄ cū a Caio ceſare Germanici filio cōſcius cōtra ſe facte cōiuratiōis fuiſſe diceret̄: ſi ego: inquit ſciſſem: tu neſciſſes. ¶ Qua in re nō ita ſenſus noſtros meror hebetauit: vt impios ſcelera contra virtutē q̄rar molitos: ſed q̄ ſperauerint effeciſſe vehemēter ammiror. Nā deteriora velle noſtri fuerit fortaſſe defectus: poſſe autem contra innocentiam: que ſceleratus quiſq̄ conceperit: inſpectante deo: mōſtri ſil'e eſt. vn̄ haud iniuria tuorū quidā familiariū queſiuit. Siquidem deus: inquit: eſt: vnde mala? Bona vero vnde: ſi non eſt? ¶ Sed fas fuerit nefariorum homines q̄ bonorū oīm: totiuſq̄ ſenatus ſanguinē petunt nos etiā quos ꝓpugnare bonis: ſenatuiq̄ viderant: perditū ire voluiſſe: ſed nō idem de patribus quoq̄ merebamur? Meminiſti vt opinor quoniam me dicturum quid: facturumue p̄ſens ipſa ſemper dirigebas. meminiſti inquā Verone: cum rex auidus cōmunis exitij: maieſtatis crimē in Albinum delatum ad cunctū ſenatus ordinem trāſferre moliret̄: vniuerſi innocentiam ſenatus: quāta mei periculi ſecuritate defenderim. Scis me hec vera proferre, ⁊ in nulla

¶ Nota q̄ dꝛ in textu. Nūquid optare ſalutē ſenatui nefas vocabo. Duplex eſt ſalus: ſpūalis que eſt anime: tēporalis q̄ eſt corpis. Salutē ſpūalē tenemur oibus velle: etiā malis rōne charitatis: p̄ quā etiā mali diligēdi ſunt ſ3 nō eo q̄ mali. Salutē vero tp̄alē tenemur velle oībus bonis et p̄cipue amicis: amicorū vero peccātiū tenemur ſalutē velle quādiu ſanabiles ſūt: vt recuperēt virtutē amiſſam: ſi ꝓpter magnitudinē malicie ſūt inſanabiles: diſſoluit̄ amicitia: nec eſt optāda ſalus: ⁊ q̄ꝛ malicia ſenatus romanorū erat ſanabilis: q̄ꝛ ſenatus cōpulſus metu regio fuit cōſentire in dānationē boetij: ideo optare ſibi ſalutē nō erat nefas ſ3 boetio turbato hoc videt̄. ¶ Nota q̄ veritas nō eſt occultāda ſm̄ Socratē. Nam q̄ tacet veritatē alijs neſciētibus mentit̄: ⁊ q̄ mēdacijs cōſentit ſimiliter facit. ¶ Nota mēdaciū nō eſt cōcedendū: q̄ꝛ ſm̄ Ariſto. in Ethi. Mēdaciū p̄ ſe prauū eſt ⁊ fugiēdū. ⁊ primo Elēcoꝝ. duo ſunt opa ſapiētis: nō mentiri de his de q̄b⁹ nouit: ⁊ mētientē poſſe manifeſtare. ¶ Nā de cōpoſitis falſo lr̄is: hic Boe. excuſat ſe de ſcđo crimine ſibi ipoſito: imponebat̄ eñ ſibi q̄ ſcripſiſſet lr̄as ad imperatorē Cōſtātinopolitanū ꝓ liberatione romanoꝝ de manu regis Theodorici. Mendacium. Unde dicit in lr̄a. Nā de literis cōpoſitis falſo: q̄ꝛ falſe mihi hoc imponit̄: quibus lr̄is arguor ſperaſſe romanā libertatē: quid attinet dicere cū nō detur mihi locus defenſionis: quaꝝ literarū fraus. i. fraudulētia fuiſſe aperta. i. manifeſta ſi nobis licuiſſet vti cōfeſſiōe. i. allocutiōe ipſorū delatorū. i. accuſatoꝝ: qđ ſc3 vti examinatiōe accuſatoꝝ maximas vires h3 in oīb⁹ negotijs. i. cauſis iudiciarijs. nā q̄ reliqua libertas ſperari pōt romanis: quaſi diceret nulla. tātū eñ rex Theodoric⁹ inualuerat q̄ null⁹ potuit vel audebat cōtra ipm̄: vtinā poſſet vlla libertas ſperari: vtiq̄ ita prudēter egiſſem de negotio q̄ regi nō innotuiſſet: ⁊ rn̄diſſe3 v̄bo Canij: q̄ cū accuſaret̄ a Caio ceſare filio germanici: q̄ eſſet reus cōiuratiōis facte ꝯ ſe. rn̄dit Canī⁹ ſi ego ſciſſem tu neſciſſes. q. d. ſi eſſe3 re⁹ ita prudēter celaſſe3 negotiū qđ ad tuā noticiā nūq̄ peruniſſet. ¶ Nota q̄ in cauſis iudiciarijs teſtiū ſiue accuſatoꝝ examinatio maximas h3 vires: q̄ꝛ p̄ ea3 deuenit̄ ad rei veritatē ſicut p3 de Daniele: q̄ examinādo duos p̄ſbyteros falſe accuſantes ſuſannā ipſos de falſitate accuſatiōis corā oī pp̄lo cōuicit. ſic Boe. ſi dat⁹ fuiſſet ſibi loc⁹ examinādi ſuos accuſatores: vtiq̄ ipſos mēdaces reddidiſſet. ¶ Nota Cani⁹ fuit q̄dā roman⁹ prudēs ⁊ ſapiēs: accidit vt q̄dā ex romanis cōſpirarēt ⁊ facerēt cōiurationē cōtra Caium ceſarem. ⁊ cum Ceſar proponeret Canio q̄ eſſet reus illius cōiuratiōis facte: reſpōdit: ſi ego ſciuiſſem tu neſciuiſſes. Sic Boe. rn̄dit regi Theodorico ſi ſibi improperaſſet de literis cōpoſitis ſuper reſtituenda libertate ipſis romanis. ¶ Qua in re nō ita ſenſus. Hic Boe ex dictis infert quādā ammirationē. Scđo inuehit̄ ꝯ ſenatores q̄ cōſpirāt in ſuā cōdēnationē. eſt ibi. Sed ſi fas fuerit. Dicit p̄mo. Ex q̄ a malis iniuſte accuſat⁹ ſum. q̄ in re. i. ꝓpter qđ nō ita. i. nō intātū meror. i. triſtitia hebetauit. i. oppreſſit ſenſus noſtros: vt ego q̄rar. i. cōquerar ipios. i. malos molitos. i. machinātes ſcelerata. i. neq̄tioſa ꝯ v̄tutē. i. v̄tuoſos hoīes. ſ3 ego āmiror vehemēter. i. fortiter: effeciſſe. i. effectū ꝑduxiſſe ſup. illa q̄ mali ſperauerūt. i. ꝯceperūt. Nā velle dteriora. i. mala: fortaſſe fuerit nr̄i dfect⁹. i. ex nr̄o dfectu. ſ3 poſſe ſup. ꝑficere malū ꝯ inocētiā. i. ꝯ

vnq̄ mei laude iactaſſe. Minuit em̄ quodāmodo ſe probantis conſcientie ſecretū: quotiens oſtendendo quis factū recipit fame p̄ciū: ſed innocētiā noſtrā q̄s exceperit euētus vides. Pro vere ꝟtutis p̄mijs falſi ſceleris penas ſubimus. Et cuius vnq̄ facinoris manifeſta cōfeſſio ita iudices habuit in ſeueritate cōcordes: vt nō aliquos vel ipſe ingenij error humani: vel fortune ɔditio cūctis mortalib⁹ īcerta ſummitteret. Si iſlāmare ſacras edes voluiſſe: ſi ſacerdotes īpio iugulare gladio: ſi bonis oīb⁹ necē ſtruxiſſe dicere mur: p̄ſentē tū ſnīa cōfeſſum: conuictum ve puniſſet. Nunc quingentis fere paſſuū milib⁹ ꝓcul moti atq̄ indefēſi: ob ſtudiū ꝓpēſi⁹ i ſenatū: morti: ꝓſcriptiōiq̄ dānamur. O meritos: de ſimili crimine neminē poſſe cōuinci. Cui⁹ dignitatē reat⁹ ipi etiā q̄ detulere vide

innocētes: q̄ quiſq̄ ſcelerat⁹ ɔceperit. i. cogitauerit deo hoc inſpectāte: ſup. hoc ē ſimile mōſtro. i. admirabile vn̄. i. ꝓ tāto q̄daʒ tuoꝝ familiariū. i. ph̄oꝝ q̄ſiuit haud iniuria. i. nō iniuſte. ſiquidē ꝓ certo: deus eſt: vn̄ mala ſup. ꝓueniūt: ꝟo ꝓ ſʒ vn̄. i. a quo bona ſi de⁹ nō eſt: q. d. ex quo iniuſte a malis accuſatus ſuʒ ꝓpter hoc. nō intātū ſuʒ oppreſſus dolore: ꝙ cōquerar malos machinari mala bonis: ſʒ ammiror ꝙ illi q̄ mala ɔcipiūt ɔ̄ bonos poſſunt ꝑducere ad effectū: nā velle malū eſt forte ex nr̄o defectu. ſʒ ꝙ mal⁹ poſſit ꝑficere malū ɔ̄ bonos deo hoc inſpiciēte eſt ſiſe mōſtro. vn̄ quidā ph̄s nō iniuſte queſiuit. Si eſt de⁹

Duo ad effectum neceſſaria. vn̄ ꝓueniūt mala: ⁊ ſi de⁹ nō eſt: vn̄ ꝓueniunt bona: ¶ No. ꝙ ex quarto hui⁹ duo requirunt ad aliquē effectū ꝑducendū. ſ. volūtas ⁊ ptās. Requirit volūtas: q2 nullus aggredit qꝺ nō vult. Requirit ptās q2 ſine poteſtate volūtas fruſtrat. ꝙ autē mali habēt volūtatē offendēdi bonos nō eſt mirandum: ſed ꝙ habent poteſtatē producēdi ad effectū ſuā volūtateʒ deo reſpiciēte eſt ſiſe mōſtro. ¶ Nota ſiſe mōſtro ē qꝺ ɔtingit p̄ter intentionē nature. Sicut ergo mōſtra fiūt p̄ter itentionē nature: ſic videbat Boetio ꝙ mala p̄ter ordinē diuine ꝓuidētie ɔtingerēt qꝺ nō videret rōnale: cū de⁹ ſit ſumme bon⁹: ꝙ aliquo mō ſit cā mala fieri: ergo mala ī mūdo deo inſpiciēte videretur ſiſe monſtro. ¶ No. ꝙ de⁹ nō ē cā effectiua mali cū ſit ſumme bon⁹: lʒ ſit cā ꝑmiſſiua: q2 ꝑmittit fieri malū: ⁊ ſic exponit autoritas ꝓphetie dicētis. Ego dn̄s faciēs oīa: hoc eſt faciēs bonū: ⁊ creās malū ſup. ꝑmiſſiue aliter d2 duplex ē malū. ſ. malū pene: ⁊ malū culpe. de⁹ ē cā mali pene qꝺ punit. ſʒ nō ē cā mali culpe: q2 ħ eſt q̄ pctm̄ nō fecit. ¶ Sʒ ſi phas fuerit nepharios hoīes q̄ bonoꝝ ⁊c. Hic Boe. inuehit ɔ̄ ſenatū q̄ ɔſenſit i ſuā ɔdēnationē tāgēdo ſuā beniuolētiā quā habuit ad eos. Et d̄t ſi phas fuerit. i. ponam⁹ phas eſſe nepharios hoīes. i. malos homines q̄ oīm bonoꝝ ⁊ toti⁹ ſenat⁹. i. cōſulat⁹ romane ciuitatis petūt. i. deſiderāt ſanguinē. i. mortē: nos ēt voluiſſe ire ꝑditū. i. ꝑdēdū ⁊ q̄s viderā ꝓpugnare bonis hoīb⁹. q̄ʒ ꝓ ⁊ ſenatui: ſed nō. i. nunq̄d nos idē: ſcʒ vt vellēt nos ꝑditū ire: merebamur de patrib⁹. i. de ſenatorib⁹: q. d. nō. ſʒ ph̄ia meminiſti vt opinor: q̄m me dicturū. i. volentē dicere q̄d. i. aliq̄d. ve ꝓ vel facturū ipa ſemꝑ p̄ſens ſup. exiſtēs dirigebas. i. regebas. ergo nec ꝟbis nec factis offendi ſenatū. meminiſti inquā ph̄ia verone. i. apud ꝟonaʒ ciuitatē cū rex Theodoric⁹ auidus exiſtēs coīs exitij. i. tormēti ſenatoꝝ: cū crimē leſe maieſtatis delatū in Albinū ipe rex moliret. i. laboraret trāſferre illud crimē ad totū ſenatū: quāta ſecuritate. i. tutela mei ꝑiculi defenderi. i. liberaueriʒ innocētiā vniuerſi ſenat⁹. i. toti⁹ ɔſulat⁹. O philoſophia tu ſcis me ꝓferre. i. ꝓloqui vera: ⁊ nunq̄ me iactaſſe i vlla mei laude. em̄ ꝓ q2 minuit quodāmō ſecretuʒ ɔſciētie ꝓbātis. i. laudātis ſe: quotiēs q̄s oſtendēdo. i. manifeſtādo factū: recipit p̄ciū fame. i. mercedē laudis ab hoīb⁹. ſʒ tu ph̄ia vides q̄s euent⁹ exceperit. i. liberauerit nr̄am innocentiā: nos ſubimus. i. ſuſtinem⁹ penas falſi ſceleris. i. falſe nobis impoſiti ꝓ premijs vere ꝟtutis. ¶ Nota ꝺm Se-

Secretū conſcientie. necā: dolor duplicat cū ab eo a quo donū merueras malū venit. Cū igit Boeti⁹ oēm beniuolentiā exhibuerit ſenatorib⁹ graui⁹ doluit de ſua offenſiōe. ¶ Nota i ciuitate verona cū Albin⁹ eſſet accuſat⁹ de graui crimie: ita vt diceret re⁹ leſe maieſtatis illud crimē rex Theo. voluit trāſferre ad totū ſenatū ⁊ ipm̄ dānare: ſʒ Boe. exponēs ſe ꝑiculis. ſenatū liberauit. ¶ Itē nota ꝙ ſecretū ɔſcie ē ꝟtus q̄ minuit cū aliqꝺ ꝟtuoſe opat iactādo ſe: vt ɔſequat famā ⁊ laudē ppl̄i. vn̄ Seneca. Cōſciētiā potius q̄ʒ famē attēde. Et d̄t Macrobi⁹ Sapiēs gloriā ſuā in ɔſcia ponit: ſtult⁹ aūt in laude hūana. vn̄ dicit Iſido. Qui aliqꝺ donū a deo largitū i laudē ɔuertit ꝓculdubio ꝟtutē in vitiū trāſire facit. ¶ Et cui⁹ vnq̄ facinoris Hic Boe. oſtēdit ſe ꝑturbatū ex iudicū ſeueritate ⁊ iflexibilitate dicens. Cuius vnq̄ facinoris pcti manifeſta ɔfeſſio. i. cui⁹ vnq̄ hoīs pctm̄ manifeſtū habuit iudices: ita ɔcordes in ſeueritate: vt nō aliq̄s eoꝝ vel ipſe error hūani igenij ſummitteret. i. flecteret ad miaʒ: vel ɔditio fortune. i. euent⁹ fortuit⁹ exiſtēs incerta cūctis mortalib⁹ ſup. hoīb⁹ ſummitteret aliquos eoꝝ: ſi diceremur voluiſſe inflāmare. i. incēdere ſacras edes. i. eccl̄ias ⁊ ſi nos diceremur iugulare. i. punire ſacerdotes impio gladio: tū ꝓ ſʒ: ſnīa. i. iudiciū dānaſſet me preſentē ɔuictū ⁊ ɔfeſſuʒ crimē: ſʒ nos procul moti. i. abſentes quīgētis milib⁹ paſſuū: ⁊ indefenſi ob ꝓpenſi⁹ ſtudiū. i. ꝓpter ſtudiū intenti⁹ in ſenatū nos dānamur. i. adiudicamur morti: q̄ʒ ꝓ ⁊ ꝓſcriptiōi. Et tūc exclamat dicēs. O meritos. i. dignos vel beatos iudicio neminē poſſe ɔuinci de ſiſi crimie: ſicut nec ego iuſte cōuict⁹ ſuʒ: cui⁹ reat⁹

ſ. criminis dignitate. i. innocentia. ipiꝰẽt viderũt. i. cognouerũt q̃ detulere. i. accuſauerũt me. ❡ Nota ꝙ iudices qñq; mouent ad miam duplici de cã. Primo mõ ꝓpter errorẽ hũani ingenij: qꝛ hũanũ ingenium ſepe fallit i iudicio: qꝛ ignorat vtrũ aliqñ iuſte de re ſentiat vel nõ: ꝛ timẽs deũ ne iniuſte iudicet mouet ad miaȝ parcẽdo reo. Scꝺo iudices mouent ad miaȝ ꝓpter euẽtũ fortune q̃ incertꝰ ẽ hoibus. Qꝺ eñ iudex i alio dãnat ſibi facile ꝑ fortunã euenit. ꝛ illꝺ deberet recordari. ſȝ nulla illaꝝ cauſarum mouit iudices ad miſerãduȝ Boe. ſȝ cõcorditer ipȝ dãnabãt. ❡ Nota ꝙ nullus dȝ dãnari ꝑ crimĩe quantũcũq; enormi. niſi ſit pñs ꝯuictꝰ. vł crimẽ i iudicio cõfeſſus. Boe. aũt cũ dãnaret nõ erat cõuictus nec crimẽ cõfeſſus ꝛ erat abſens: qꝛ in ſtudio athenieñſi. ğ iniuſte erat dãnatꝰ Nota ꝙ Boe. cũ dãnaret diſtabat a loco iudicij q̃ngẽtis milibꝰ paſſuũ: ꝛ cuȝ mille paſſus faciũt vnũ miliare: iõ bñ diſtabat ad q̃ngẽta miliaria. ❡ No. ꝙ boe. dãnatꝰ fuit ꝓſcriptiõi. Hug. dꝛ ꝓſcriptio eſt iudicabilis ſnĩa lata ꝯ aliquẽ: cuiꝰ ꝑ ſcelere de ſcriptura tabule enee delebat. Cõſuetudo eñ romana fuit ꝙ noĩa ſenatoꝝ quorum ꝯſilio vrbs Romana regebat aureis lr̃is in tabula enea ſcribebant. Vñ ꝛ pr̃es cõſcripti dicebant. ꝛ dꝛ ꝓſcriptꝰ q̃ſi ꝓcul a ſcriptura poſitꝰ. ſic Boe. erat ꝓſcriptꝰ: qꝛ nomẽ ſuuȝ deletũ fuit de tabula enea.

Dãnandus ſit pñs.

Proſcriptio.

runt. ❡ Quã vti alicuiꝰ ſceleris admixtiõe fuſcarẽt ob ambitum dignitatis ſacrilegio me conſciam polluiſſe mentiti ſunt. At q̃ꝛ tu inſita nobis omnem rerũ mortalium cupidinem noſtri animi ſede pellebas et ſub tuis oculis ſacrilegio fas locũ eſſe non erat. Inſtillabas enim auribus: cogitationibuſq; quotidie meis Pithagoricum illud epontheo. id eſt quod eſt deo et non dijs ſeruienduȝ: nec cõueniebat viliſſimorum me preſidia ſpirituũ captare: quẽ tu in hãc excellentiam cõponebas: vt cõſimilẽ deo faceres. Preterea penetrali innocẽs domꝰ: honeſtiſſimorũ cetꝰ amicorum ſocer Symmachus ſctũs: ꝛ eque actu ipo: reuerendus: ab omni nos criminis huiꝰ ſuſpitione defendunt. ❡ Sed o nefas: illi vero de te tãti criminis capiunt fidẽ atq; hoc ipſo affines fuiſſe videmur maleficio: qꝺ tuis imbuti diſciplinis: tuis inſtituti moribꝰ ſumus. ita nõ eſt ſatis nihil mihi ꝓfuiſſe tuam reuerentiã: niſi vltro tu mea potius offenſione lacereris. ❡ At vero hic etiã noſtris malis cumulus accedit: ꝙ eſtimatio plurimorũ nõ rerum merita ſed fortune ſpectat euentum: eaq; tantũ iudicat eſſe ꝓuiſa que felicitas cõmendauerit. Quo fit vt exiſtimatio bona prima omniũ deſerat infelices Qui nũc populi rumo

❡ Quã vti alicuiꝰ ſceleris. Hic boe. expurgat ſe de q̃buſdã obiectis. Scꝺo oñdit vñ ſumpta fuit rõ obiectiõis. Scꝺ a ibi. Sed nephas. ❡ Nota Boe. obijciebat ꝙ ipſe vſus arte nigromãtica ſacrificaret demonibus ꝑ dignitatibꝰ acquirẽdis. De hoc Boetiꝰ excuſat ſe dicẽs. Quã ſup. meã dignitatẽ vti ꝑ vt: obfuſcarẽt. i. denigrarẽt admixtõe alicuiꝰ ſceleris mentiti ſunt me meã polluiſſe ꝯſciaȝ ſacrilegio. i. demonũ obſequio: ob ambitũ. i. ꝓpter cupiditateȝ dignitatis acquirẽde: atqui ꝑ certe tu inſita. i. inſerta nobis depellebas de ſede. i. de loco cupiditatẽ oĩȝ rerum mortaliũ: et ſub tuis oculis non erat fas eẽ locũ ſacrilegio. i. cultui demonũ. q; ꝑ ꝛ: tu inſtillabas auribꝰ ꝛ cogitatiõibꝰ meis illud pythagoricũ deo nõ dijs ſeruiẽdũ: nec cõueniebat me captare. i. optare p̃ſidia. i. auxilia viliſſimoꝝ ſpirituũ. i. demonũ. qꝛ tu ꝯponebas. i. locabas i hãc excellẽtiã: vt ꝯſimilẽ deo faceres. Preterea innocẽs penetrali. i. vxor domꝰ mee, cetꝰ. i. multitudo honeſtiſſimoꝝ amicoꝝ ꝛ ſocer Symmachꝰ ſanctꝰ ꝛ eque rẽuerẽdꝰ ipo actu defẽdũt me ab oĩ ſuſpitiõe hmõi criminis. ❡ No. ꝙ ꝯſuetudo inuidoꝝ eſt cũ nõ poſſunt alicui ſuã ꝓbitatẽ auferre: nitunt ipȝ ſalteȝ aliq̃ vitio denigrare. ꝛ ſic fama Boetij denigrata fuit vitio ſacrilegij. ❡ No. ꝙ ſacrilegiũ eſt ſacre rei furtum: ꝛ ponit ſacrilegus pro homine ſcelerato. etiam ſacrilegium eſt cultura demonum ſiue idolorum: inde ſacrilegus. i. idolatra: ꝛ ſic capit in ꝓpoſito. ❡ No. ꝙ ambitꝰ media ꝓducta eſt cupiditas honoris. Sed ambitꝰ media correpta ẽ circuitꝰ et primo mõ accipit hic. ❡ Not. ꝙ phĩa repellit omnẽ cupiditatẽ bonoꝝ exterioꝝ qꝺ ſcribit i primo libro de plãtis. ꝙ phĩa tria iducit ſcȝ mẽtis illuſtrationẽ felicitatis appetitũ. ꝛ mollis afflucẽtie ꝯtemptũ. ❡ Nota phĩa facit hoĩeȝ ſimilẽ deo. nõ ſimilitudĩe oĩmoda: ſed participatiua. ita ꝙ hõ participat aliq̃d ꝯditiõis diuĩe. ſcȝ itelligẽtie. vñ Sene. ħ phĩa ꝓmittit ꝙ me parẽ deo reddet. Et alibi dꝛ. Vir ſpeculatiuꝰ ẽ q̃ſi deꝰ: i hũano corꝑe hoſpitatꝰ. ❡ Nota ſacrilegiũ nõ hȝ locũ ſub oculis phĩe: qꝛ phĩa ꝑ ſe omnia agẽda ꝛ faciẽda ornatiſſime diſponit. ꝛ nõ ꝑmittit hoĩeȝ ad vana declinare qꝛ dꝛ Tul. i lib. de finibꝰ bonoꝝ ꝛ maloꝝ phĩa a ſuperſtiõe liberat. metu mortis nõ cõturbat. ꝛ eſt ſuperſtitio vana religio ꝛ idoloꝝ cultura. Nota penetra eſt ſecreta camera vel locꝰ ſecretus interior i domo vel in tẽplo vbi reponunt clinodia vel aliqua alia: ꝛ ponit ꝑ vxore Boetij: per metaphorã ponẽdo ꝯtinẽs ꝑ ꝯtẽto qꝛ ipa ꝯſueuit morari i penetrali. ❡ No. ꝙ ſymmachus fuit q̃daȝ nobilis romanꝰ ꝛ ſocer Boetij cuiꝰ Boetiꝰ filiã duxerat noĩe Elphe. q̃ ſymmachus nõ fuit tñ ſanctꝰ

Ambitꝰ

Phĩa.

Penetra

res ꝙ diſſone: multiplices ꝗ̃ ſentētie piget reminiſci. Hoc tantū dixerim: vltimā eſſe aduerſe fortune ſarcinā: ꝙ dū miſeris aliqḋ crimē affigitᷣ ꝗ ꝑferūt meruiſſe credunt. Et ego q̄dē bonis oībus pulſus dignitatibus exutꝰ: exiſtimatiōe fedatꝰ: ob bn̄ficiū ſupplicium tuli. ¶ Uidere aūt video: nefarias ſceleratoꝝ officinas gaudio: letitiaq̄ꝫ fluitātes: ꝑditiſſimū queq̄ꝫ nouis delationū fraudibꝰ iminētē. iacere bonos nr̄i diſcriminis terrore proſtratos: flagitioſuꝫ queq̄ꝫ ad audendū quidē facinꝰ impunitate: ad efficiendū ṽo premijs incitari: inſontes aūt nō modo ſecuritate: verū ipſa etiā defenſione priuatos. Itaq̄ꝫ libet exclamare.

interiꝰ affectu: ſꝫ ēt reuerēdꝰ i exteriori actu: ſicut dt Boetiꝰ. ¶ Sꝫ o nefas. Hic Boetiꝰ: oſtendit vñ fuerit rō ſumpta obiecti criminis qꝛ ex phia cui deditꝰ erat. vñ dt exclamādo. O nefas ipi mali capiunt fidē criminis de te o phia ⁊ ꝓpter ħ videbimur fuiſſe affines maleficio ſacrilegij: qꝛ nos ſumꝰ imbuti. i. iſtructi tuis diſciplinis. i. doctrinis: ⁊ ſumꝰ iſtituti. i. informati tuis moribꝰ: ita nō eſt ſatis tuā reuerētiā nihil mihi ꝓfuiſſe niſi vltro. i. ſpōte tu potiꝰ lacereris ab illis mea offenſione. hoc dicit Boetiꝰ ꝑ tāto: qꝛ iniuriati ſunt ſibi ꝓpter philoſophiam: ideo magis iniuriati ſunt philoſophie ꝗ̃ ſibi. ¶ Nota quādo boetiꝰ vacabat ſtudio. fugiebat ꝯſortia ſtultoruꝫ: ⁊ q̄rebat ſecreta loca ꝓpter ſtudiū: iō putabāt ipꝫ loq̄ cū demonibꝰ: ⁊ eis ſacrificare. Itē qꝛ Boetius fere oīa q̄ volebat ſua ſapiētia faciebat: iō putabāt eū demonem habere familiarē ſibi obſequentem. Sicut Apuleiꝰ opinatꝰ eſt de Socrate: ꝙ haberet familiarē deū de q̊ fecit librū: queꝫ intitulauit de deo Socratis. ¶ At ṽo hic ēt nr̄is. Hic Boetiꝰ oſtēdit ſe eſſe perturbatū ex fame ſue leſiōe dicēs. Hic cumulꝰ. i. augmētatio accedit nr̄is malis ꝙ eſtimatio. i. iudiciū plurimoꝝ. i. vulgarium nō ne ſpectat. id ē nō reſpicit merita rerū: ſicut hō merētᷣ: ſꝫ ſpectat euentū fortune. i. iudicat hoīem ſm ꝙ fortuna ſe hꝫ circa ipm: ⁊ tm̄ iudicat vulgꝰ eē prouiſa a deo q̄ ꝯmēdauerit felicitas. i. ꝓſpera fortuna: q̊ fit. i. ex quo ſeq̄tᷣ: vt eſtimatio bōa deſerat īfelices. Uñ piget. i. tedet reminiſci q̄ nūc ſint rumores ꝓpli de me: ⁊ ꝗ̃ mltiplices: ꝗ̃ ꝑ ⁊ diſſone. i. diſcordes ſnie ſint de me: nā q̄dā dicūt me reū eē ꝓdidē nō hoc tātū dixerūt. i. volui dixiſſe vltimā eē ſarcinā. i. grauiſſimū pōdus aduerſe fortune qḋ dū aliqḋ crimē affigitᷣ. i. iponitᷣ miſeris. i. īfelicibꝰ: ipi creduntᷣ meruiſſe ſup. illa q̄ ipi miſeri ꝑferūt. i. patiuntᷣ. ⁊ ego bonis oībꝰ pulſus: qꝛ i exiliū relegatꝰ: ⁊ exutꝰ dignitatibꝰ: qꝛ dānatiōe ꝓſcriptꝰ ⁊ fedatꝰ. i. maculatꝰ eſtimatiōe. Ego q̄ priꝰ ṽtute honeſtus reputabar nūc ſcelere deformis reputor: ⁊ tuli. i. recepi ſuppliciū. i. penā ob bn̄ficiū. i. ꝓpter bn̄ficium.

Iudiciū vulgi.

¶ Nota. ꝙ vulgares nō iudicāt ſm merita reꝝ vtrū hō mereatᷣ aliq̄d vl nō: ſꝫ iudicāt ſꝫ euētū fortune. vñ hoīem bn̄ fortunatū iudicāt felicē male fortunatū iudicāt miſerū: ſed tale iudiciū falſuꝫ eſt. vñ dicit Señ. xlv. epl̄a. Nō felicē hūc eſtimes quē vulgꝰ appellat felicē ad quē pecunia ꝯfluit. ſꝫ illū cui omne bonū i aīo eſt erectū ⁊ extenſuꝫ. Itē bona eſtimatio deſerit infelices qꝛ ꝑmuꝫ malū ꝙ infelices incurrūt eſt: ꝙ vulgus male de ipſis opinatᷣ. credit eñ vulgus qḋ miſeri ex merito talia patiantur. ¶ Uidere aūt video. Hic Boetiꝰ oñdit eſſe ꝑturbatū: ⁊ his q̄ vidit in mūdo gñaliter. ſ. bonos deprimi ⁊ malos extolli dicēs. Ego video: videre. i. cognoſcere nefarias officinas. i. malas ſocietates ſceleratoꝝ hoīm fluitātes gaudio: ꝗ̃ ꝑ ⁊ letitia ⁊ queq̄ꝫ ꝑditiſſimū. i. peſſimū imminentē. i. inſiſtentē nouis fraudibꝰ delationū. i. accuſationū: ⁊ video bonos iacere ꝓſtratos. i. depſſos terrore nr̄i diſcriminis. ⁊ ēt video queq̄ꝫ flagitioſuꝫ. i. prauū hoīeꝫ incitari ad audendū. i. ad ꝑſumendū: facinꝰ. i. pctm̄ impunitate. i. ſine pena: ṽo ꝑ ſed incitari ꝑmijs ad efficiendū. i. ad ꝑpetrandū facinꝰ. i. pctm̄: aūt ꝑ ſed ego video: inſontes. i. inocētes nō mō. i. nō tm̄ ꝓuatos ſecuritate: verūetiā detēſiōe. Itaq̄ꝫ ꝑ ergo libet. i. placet mihi exclamare ad deū celi quare talia ꝑmittat i mūdo: vt mali exaltētᷣ ⁊ boni deꝑmātᷣ. ¶ No. ꝙ boe. q̄ erat turbate mētꝭ ⁊ i ſtatu miſerie videbatᷣ ꝙ mali i hoc mūdo eſſent potētes ⁊ viuerēt irremunerati: ſꝫ phia in. iiij. huius ipm cōſolādo ꝓbat malos ſemꝑ eſſe impotētes ⁊ bonos eē potētes: ⁊ malis nūq̄ꝫ deeſſe ſua ſupplicia: bonis nūq̄ꝫ ſua ꝑmia. ¶ Not. ꝙ officine dicuntᷣ domꝰ officialiū vbi reponuntᷣ ea q̄ ad ipos ſpectāt ⁊ ad eoꝝ officia: ſicut ſunt celaria ⁊ granaria ⁊ alia hmōi. hic aūt accipiuntᷣ officine ꝑ cōgregatiōe maloꝝ: ⁊ dicuntᷣ ab officio cis. qḋ eſt noceo ces. Raymūdus.

Et (qḋ cōſciētie libertas habet) ꝓ tuēdo iure. q. d. nunq̄ꝫ timui potētes offendere ꝓ tuēdo iure. vt ius defenderē qꝛ hoc eſt ꝓpriū cōſcientie libere ſcꝫ nullū pro tuēdo iure timere. Hic notes ꝙ offenſio capitur actiue ſcꝫ pro actione qua potētes offendebat non enim curabat ſi illos offendebat.

¶ A rauenna vrbe. Nō legas romana. eſt eñ Rauenna ciuitas in octaua Italie regione non multū diſtās a roma in qua erant predicti accuſatores.

¶ Ita ne nihil fortunā puduit. Hic Boetiꝰ ſub noīe fortune nominat ſenatores fortunatos ⁊ potētes eos iuſte redarguēdo. q. d. nunq̄d ſenatores verecundiā habere debuiſſent ⁊ ſi nō habuerūt verecundiā ꝓpter accuſationē innocētis ſcꝫ boetij tñ pudorē debebāt habere propter vtilitatem ⁊ infamiam accuſantiū. Nā accuſatꝰ criminaliter nō admittitᷣ in teſtem cōtra aliū. Predicti eñ accuſatores erāt crimínoſi vt patuit. Ordo eſt. ne id eſt nūquid fortuna id eſt ſenatores fortunatos nihil id eſt

nõ puduit ita ſic ꝯſentiẽdo in meã condẽnationẽ. Si minꝰ id ſi nõ puduit ſupple innocẽtie.i. ꝓpter innocentiã Boetij ſupple accuſati.i.quẽ falſo accuſauerũt at ſꝫ ſaltẽ vtilitas.i.infamia teſtiũ ſupple accuſantiũ q̃ accuſauerũt debuiſſet eẽ pudori.i.cã pudoris ip̃is ſenatoribꝰ pudor eſt em̃ iudici viles perſonas i teſtes recipe. ¶ Ille q̃deꝫ.q.d.ſenatores fecerũt de me ꝑ ſniam diffinitiuã me condẽnando ſicut ſi ſaluare ſenatũ eſſet nefas.i.illicitũ q̃ nõ debebãt.nã de bono ope nullꝰ lapidari dꝫ vt iudei dixerũt xp̃o de bono ope nõ lapidamꝰ te. ¶ Sed ſi fas fuerit.q.d. Si ꝑ caſuꝫ poſitũ contigiſſet ꝙ ego voluiſſem ꝑdere ⁊ deſtruere illos q̃ bonos rempublicã ⁊ ſenatores ad morte ⁊ ꝑniciẽ ducere cupiebãt nunq̃d merebamur.i.merito nr̃o acquirebamꝰ.idẽ de ſenatoribꝰ ſcꝫ vt ſenatores ẽt vellẽt nos perditũ ire.q.d.nõ q̃ ptꝫ ꝑ ſequẽtia. ¶ Aduertendũ hic eſt ne legas. Sꝫ nõ idẽ legẽduꝫ ṽo eſt num.i.nunq̃d iterrogatiue dictũ.ꝑ hoc em̃ dicere intẽdit ꝙ q̃uis apud illos malos cauſas inimicitie habuerit volẽdo ꝑditũ ire illos nõ apud ſenatores q̃s nõ ꝑdere ſꝫ cõſeruare voluit vt ptꝫ ꝑ textũ. Meminiſti inq̃ Verone.⁊c. ¶ Nũc ṽo quĩgẽtis fere paſſuũ milibꝰ ꝓcul moti. Aduertendũ hic eſt ꝙ.125. paſſus faciũt ſtadiũ 8.ſtadia dant miliare 2 miliaria leucã faciũt. Reſtat igit̃ ꝙ boetiꝰ erat multũ remotus tp̃e cõdẽnatiõis ſue.nã erat athenis q̃ ciuitas diſtat a roma 4000.ſtadijs q̃ dant 500 miliaria que ſunt 250 leuce.recte computa ⁊ videbis ita. ¶ Aſcenſius.

SEntis ne:inq̃t hec. In hac q̃rta ꝓſa boe.vnũ de ꝑ̇ncipalibꝰ intẽtis ſuis įplene ꝓſequit̃: qr ſe ab obiectꝭ criminibꝰ purgat nõ ſolũ ſe inocentẽ demõſtrãs:ſꝫ ẽt de oĩbꝰ bonis: deq̃ repu.q̃ optie meritũ. Utit̃ aũt ſmone diſerto ⁊ elegãti. Et quoties phia loq̃tur ſemp ſi aĩaduertimꝰ phicũ aliq̃d atq̃ eruditiõis plenũ deꝑhenderemꝰ q̃ ſemel admonuiſſe ſatis ſit diligẽtioribꝰ.cũ tardiuſculis nihil ſatis ſit. In ꝑ̇mis ğ ṽbis ſignificat phia duas alicuiꝰ ꝑcipiẽdi vias quaꝝ altera ſit ꝑ ſenſuꝫ:altera ꝑ illapſuꝫ. Prima ex oĩbus animãtibꝰ tã hoĩbꝰ q̃ beluis cõis.ſcd̃a hoĩbus fere ꝓpria. Habet tñ etiã in prima homo quandaꝫ preeminentiam quia per eam ad ſecundã ꝑuenit.quod ceteris animalibus nõ datur. Qꝛ ſi ſenſerit dumtaxat nec perceperit iam ſtolidus fuerit pecoris ſimillimus.vnde ille Simo Terentianus in andria.vix tandem ſenſi ſtolidus. Nos ſiquidẽ per viſum ⁊ auditũ rem perceptam poſtea animo diſquirimus:⁊ per rationis diſcurſum iudicamus:pecora aũt magis per rudiorem ſenſum hoc eſt per tactuꝫ impellũtur: nec diſquirũt rõnem vñ ſtolida dicunt̃. Percipiũt tñ vtcũq̃ ꝑ ſenſum. Per illapſum aũt ſolꝰ hõ rem ignotã apprehẽdit aut diuina inſpiratiõe:aut angelico miniſterio. Q̃d pulchre innuit Enei.iij.vñ hic locus ſumptꝰ eſt:cũ dicit eneas ad apollinẽ. Da pater auguriũ atq̃ animis illabere noſtris. Dicit ergo phia ſentis ne.hoc eſt ꝑcipis ne via ſenſus q̃ eſt hũana:atq̃ illabunt̃ ne hec aĩo tuo hoc eſt percipis ne occulta inſpiratiõe diuina? An es aſinus ad lyrã hoc eſt totꝰ ſtolidꝰ ſonũ q̃deꝫ ⁊ crepitũ verborũ audiẽs:ſꝫ ſenſu nõ intelligẽs:ſicut nec aſinꝰ ſonitu lyre quẽ nõ intelligit:delectat̃. Tantũ aũt abfuit vt Boe.cõſolationẽ ſeueriorẽ in ſuperiori carmie poſitã admittat.vt a lachrymis ſe cõtinere non queat q̃ verbis phie ſignificat̃:cũ ſubdit. Quid fles?quid lachrymis manas:deinde ſubiungit grece quod reperire nõ potui:ſed ita interpretatur. Confitere mihi ne occultes:q̃ qr blãdius ſonat grece protulit. Solent enim blandientes grecis vti locutionibus:vt ſatis indicat Iuuena.ſaty.vj. Quotiens laſciuum interuenit illud ſoi kai pſiche:hoc eſt vita ⁊ anime mi. Si operã medicãtis ⁊c. verbum Boe.prio viro catholico ⁊ ſeuero dignũ:quo animoꝝ morbi aptiſſime curantur. Facies loci.imitatio vt opinor Vergiliana qui quinto enei.ait quibus aſpera quondaꝫ via maris facies. Eſt em̃ facies aliquãdo tota rei effigies ſeu ſpecies q̃ in facie maxime diſcernitur. Differtq̃ vultu:eo ꝙ vultus voluntatem indicat:facies naturaleꝫ protractionẽ.vñ vultus ſepe mutatur etiam exemplo: facies lente ⁊ raro. ¶ Bibliotheca eſt librorum repoſitoriũ quẽ vulgo librariam vocant. Theca em̃ eſt armarium ſeu repoſitoriuꝫ cuiuſlibet rei.⁊ cum varijs componit̃:vt cum biblio.biblion autẽ grece latine dicitur liber eo ꝙ vt quidam volunt:in iunco maxime papiri quẽ biblium vocãt.olim ſcribebant:ob quod latine liber dicitur:quia in libro hoc eſt interiore arborum cortice ſcribebatur. Itẽ compoſitũ legitur chirotheca:qr chir chiros manus dicitur.apud grecos cum alijs multis. ¶ Apte diſſerebas:diſſero in preſenti preterito ꝑ geminum ſſ ſcribitur:⁊ tamẽ diſertus tantum.vnũ ſubijcit: ⁊ primam ſyllabam corripit:vt notũ eſt. Talis habitus taliſq̃ vultus erat:quaſi dicat minime. Atq̃ ita paulatim a loci feditate ad abiectionẽ ſui progreditur. Syderum vias radio deſcriberes ſicut in Bucco. Vergiliꝰ deſcripſit radio totum qui gentibus orbẽ. Exemplar vt dicit Feſtus:eſt ex quo ſimile faciamus. Exemplũ q̃ ſequamur aut vitemꝰ. Verũtamen Laurentius vallenſis homo nimiũ argutiſſimus prolixe ⁊ diſerte de huius vocabuli ſignificatiõe diſputat. Dixitq̃ exemplar eſſe ipſaꝫ rem continentem ⁊ exemplum rem contentam in ea quã aut imitamur:aut ſi fors ita tulerit deuitamus:in aliquo vt in Catone ſumitur exemplũ:⁊ ipſe Cato eſt exemplar. Quod ſi dicamus in quit ad exemplar Catonis ſic intelliguntur ad exemplar quod eſt Cato. Quod ergo vulgo.ſed inepte dicitur copia;latine dicetur exemplar. Suntq̃ exemplaria ſepe multa vnius exempli.i.forme ⁊ protractionis ad cuius ſimilitudinẽ fiunt exemplaria:lectumq̃ eſt etiã hoc exemplarium:cuius genitiuus pluralis exemplariorum freq̃ẽs eſt.hic ergo ponitur continens ꝓ contento cum dicitur. Ad celeſtis ordinis:exemplar formares .i. ad ordinẽ que eſt exemplar vel ad exemplũ ordinis celeſtis niſi accepis vt Feſtus accepit. At qui hanc ſententiã Platonis ore id eſt per os Platonis ſanxiſti. Magnum teſtimoniũ perhibet Platoni:quem quicquid dixerit philoſophiã ipſam dixiſſe atteſtatur. Sancire autẽ hic apte poſuit:nam legiſlatoris eſt.vnde Vlpianus ſanctum eſſe ſcribit quod nec

Grecorũ blãditi e

Facies Vultus

Biblio theca.

Exẽplar

Exẽpluꝫ

ſacrũ nec prophanũ eſt:ſed ſanxione quadã cõfirmatũ:vt ſancte ſunt leges hoc eſt ſanxione quadam
ſubnixe. Eſt ergo ſancire:legẽ quã ſanctã eſſe volumus cõdere ꝛ ferre. Sanxiſti ergo:ideſt ſancte pro
Sancio. tuliſti platonis ore beatã ꝛc. Facit autẽ ꝑteritũ ſanxi:ꝛ inde fit ſupinũ ſanctũ:aut ſanciuiꝰ ꝛ inde ſan-
Gerũdia citũ. Capeſſunde reipublice. Gerũdia ꝛ participia in dus a tertia ꝛ quarta cõiugatione deducta ſe-
Perni- pe in undũ exeũt:vt faciundũ capeſſundũ.eſt aũt capeſſo idẽ qꝺ captũ eo:vel per generalẽ licẽtiã de
cies. riuatiuũ pro primitiuo poſitũ eſt. Pernicies dicit̃ ꝙ pernecat:ideſt perfecte necat ꝛ deſtruit. Cõſcij
Exoro. eſtis. In partẽ bonã accipit̃ hic ſicut ibi. Et mẽs ſibi cõſcia recti. Inexorabile decõpoſite eſt figure.
Oro. Sumit̃ eñ a cõpoſito exorabile qꝺ deductuꝫ eſt a verbo exoro. Exoro aũt eſt orando impetro.vnde
aliud eſt orare:aliud exorare. Orat eñ quicũqꝫ ore aliud precat̃. Exorat aũt qui oratũ impetrat. Si-
militer audit q̃cũqꝫ loquẽtis verba ꝑcipit audiẽdo:audit:aũt q̃ illius vota facit. Unde deus oẽs au-
Regium dit:ſꝫ nõ oẽs exaudit. Multi orãt.q̃ nõ exorãt. Inexorabile ergo eſt quaſi implacabile. Regie domꝰ
Regale. ꝑpoſitũ.nõ expones:ideſt regalis domus. Regiũ eñ eſt quicquid ipſius regis propriũ. Regale vero
Regia. quicquid ꝑ ſe fert pompã ꝛ luxum regalẽ. Hoc eſt regi cõuenietẽ. Unde domus q̃cũqꝫ ampla ꝛ egre-
Aula. gia poſſit dici regalis. Sed nõ eſt regia niſi ſit ipſius regis. Interdũ etiã dicit̃ per ſe ſine adiectione
huius dictionis domus. Hec regia huius regie:ꝛ eſt idẽ qꝺ domus regia:quã greci.aulẽ ſeu aulã vo
Barba- cant. Unde errãt q̃ putãt aulã eſſe eã partẽ domus quã galli ſalã vocãt. Barbarorũ auariciã. Bar-
rorum. bari ab initio dicti ſunt ficto noĩe:q̃ dure aſpere atqꝫ incõdite loq̃bant̃.quo circa oẽs lingue anoma
le.i.irregulares ꝛ indeclinabiles barbari dici pñt:quales ſunt ꝑter hebraicã q̃ vix extat:grecã ꝛ lati-
nã:q̃uis ꝛ hec etiã vulgares barbaris ſiſima habeant. Uerũ qꝛ dure ꝛ incõcinne loquẽtes ſepe ima
nes ꝛ efferos videmꝰ.hinc barbaros vocamꝰ a bonis moribꝰ abhorrẽtes ꝛ relicta humana benigni-
tate ad beluinã feritatẽ tendẽtes:quales ſunt q̃ peculiari noĩe barbari vocant̃. Neqꝫ vero greci ꝛ la
tini oẽs nõ barbari:aut ꝑter eos ceteri oẽs barbari hoc modo dicẽdi ſunt. Per barbaros ergo intel-
Prouin- ligit a bonis moribus:bonis inſtitutis humana pietate degenerãtes. Prouincia dicit̃ a procul ꝛ vin
cia. co.vñ regio ꝓcul a ciuitate romana deuicta ꝓuincia dicebat̃.ꝛ q̃ in ea reſidebãt ꝓuinciales. Ut aũt
tales in fide manerẽt ꝑficiebat̃ eis aliq̃s ex magiſtratu romano q̃ ꝓuinciã gerere dicebat̃ qꝺ qꝛ du-
Colonia rũ erat ꝛ formidoloſum:hinc q̃ rẽ durã aggreſſi erãt durã ſe ꝓuinciã aggreſſos dicebãt. ¶ Colonia
aũt erat q̃ romani colonos mittebãt. Uñ agripina colonia adhuc hodie ad rhenũ ſita cõſpicit̃. For
Fortune tune in plurali nũero ſunt diuitie ꝛ bona exteriora.latineqꝫ eo vocabulo vti poſſumꝰ. Uectigal ẽ qꝺ
Uectigal ꝓ deuectis mercibꝰ fructibuſve aut quacũqꝫ alia re in publicũ ſoluit̃:q̃uis etiã ex ꝓuato aliq̃ñ vecti
gal capit̃. Quocirca videt̃ gñali vocabulo vectigal dici q̃cq̃d ex aliqua re accipit̃ aut reddit̃.vñ Ci
cero. Ex meo tenui vectigal.capio ego ducẽta.vñ nõ fruſtra hic additũ ẽ publicis vectigalibꝰ. In-
Coẽptio explicabilis coẽptio. Coẽptio deducit̃ a v̄bo coemo:qꝺ eſt oĩa ſimul emo. Et eſt q̃ñ q̃s vnã rem totã
emit abs quo alij emere habeãt:qꝺ ꝛ monocolum dr̄:ꝛ magnũ reipublice detrimẽtum affert eo ꝙ ad
nutũ quãti vult vẽdit cui data eſt coẽptio. ¶ Ordo ergo ꝛ expoſitio illoꝝ v̄boꝝ. Cũ acerba ꝛc.talis
ẽ Cũ.i.q̃ñ grauis atqꝫ iexplicabilis coẽptio.i.oim ꝓuẽtũ ꝛ fructuũ terre ab vno q̃uis fiſco deputato
ẽptio:videret̃ eẽ ꝓfligatura ſeu ꝯflictura iopia ꝑ iopiã ꝛ egeſtatẽ cãpaniã.i.illã regionẽ italie:ꝛ hoc
ẽ tpe acerbe famis ꝛ iedie:tũc ego ſuſcepi.i.motꝰ pietate accepi rõe cõis cõmodi nõ ꝓprij certamẽ.i.
Aſpectꝰ ꝯcertationẽ ꝛ litẽ aduerſus ꝑfectũ ꝑtorij ꝛ cõtẽdi.i.litigaui rege cognoſcẽte ꝛ euici.i.obtinui ne talis
caninꝰ. coẽptio exigeret̃.i.expectaret̃ atrociter vel executioni mãdaret̃. Paulinũ cõſularẽ.i.q̃ aliq̃ñ cõſulatũ
geſſit vl' maiores eiꝰ. Canes palatini.i.aulici q̃s ꝓpter impudẽtiã canes vocat.ſicut homerꝰ inuere
cũdos ꝛ impudẽtes caninũ aſpectũ hr̃e dicit.eo ꝙ ſicut canis vidẽs comedentẽ nũq̃ ab eo aſpectũ
diuertit:donec bolũ obtineat.ita inuerecũdi ꝛ ipudẽtes exactores nũq̃ a diuite dimouent̃: donec
Cor cer- fortunatã partẽ quã optãt diripuerint. Timidos aũt idẽ Homerus ceruinũ cor hr̃e dicit. Eſt eñ cer-
uinum. uis q̃ ſane meticuloſi ſunt cor magnũ ꝛ latũ:cuiuſmodi etiã veri meticuloſi hñt:vt ſepe expertuꝫ eſt.
Interro Satis.ne.i.certe. Nec eñ aliq̃ñ valet certe ꝛ ſcribit̃ dipthõgon. Eſtqꝫ greca particula. Quibꝰ aũt de
gatio ferẽtibꝰ ꝑculſi ſumꝰ. Amara interrogatio eſt q̃ plus rep̄hẽſionis hꝫ q̃ ea q̃ maxima exprimit̃. Quo-
amara. tiẽs eñ rẽ vituperabilẽ aliq̃d iudicamꝰ vt v̄bis ꝯſequi nequeamꝰ.vtimur eiuſmodi interrogationi-
Alienuꝫ bus. Et ſiĉ fit in laude vehemẽtiſſima. Delator in hac ſignificatiõe eſt:q̃ occultũ crimẽ ad principẽ
es. clã defert. ¶ Alieni aũt eris noĩe oẽ debitũ pulchre ꝛ latine ſignificari ſolet. Prima eñ pecunia fie-
bat ex ere. Es ꝑterea corinthiũ ſignis inciſum in ꝑcio erat. Pecunie q̃ꝫ noĩe oẽs diuitie ſepe accipiũ
tur. Regia cẽſura. Iudiciũ regis. Sacrarũ ediũ defenſione.imunitate ꝛ priuilegio tẽploꝝ. Edes eñ
in vtroqꝫ nũero ꝓ tẽplo accipit̃ cũ adiectiõe aut adiectiui:vt in ede ſacra:aut noĩs ꝓprij eiꝰ cui dica
te ſũt:vt in ede iouis aut diui ſtephani. In plĩ aũt dũtaxat nũero ſignificat etiã ꝓuatã domũ.vt apꝺ
Cice. Meas edes nõ ꝑſcribãt.hec valla. Bñ ergo adiecit autor nr̃ ſacrarũ hoc loco vbi tẽplũ ſigni-
Eccſia. ficat ſeu phanũ.tẽplũ eñ cõtẽplãdi locus eſt. Eccſia aũt cõtio fideliũ q̃uis abuſiue ꝓ cõtinẽte hoc ẽ
ꝓ tẽplo poni ſoleat:habeatqꝫ ꝑter opinionẽ multoꝝ ſcꝺaꝫ ſyllabã longã. Cõpertũ foret regi.i.rex cõ
Infra. periſſet. Sicut exẽplatoꝝ decretũ deliberatũ ẽ mihi:dicere ſolemꝰ:vt niſi infra ꝑſcriptũ diẽ.i.cõſtitu
tũ ꝛ ꝑfinitũ. Aduerte aũt infra raro apud latinos in hmõi ſignificationẽ poni. Nõ eñ dicẽdũ ẽ faciã
hoc ifra q̃ndecim dies:ſꝫ itra q̃ndecim dies. Hic ergo vel legẽdũ ẽ intra ꝑſcriptũ diẽ.vel infra.i.ante
ꝑſcriptũ diẽ. Itane.i.nũq̃d intãtũ puduit fortunã nihil.i.nulliꝰ rei: Itẽ figurata ꝛ amara interroga
tio. Si minꝰ accuſati innocẽtie. Si legat̃ innocẽtie in plurali nũero facit hoc:vl' ad vitãdũ cõcurſuꝫ
eiuſdẽ vocalis:q̃ eẽt dicẽdo:ꝛ innocẽtia ꝛ accuſati:vel ad expſſionẽ multitudinis inocẽtie ſue. Eſtqꝫ

ʒeuma ab inferiori: vel genitiui ē caſus cū v̓bo puduit. Hoc ſcdo mō ordo ē. Si min⁹. i. nō ſupple pu duit fortunā innocētie accuſati: hoc ē innocētie mee q̄ accuſat⁹ ſum. Eſtq3 hoc loco pudor virt⁹ qua a turpib⁹ ⁊ iis q̄ vires nr̄as excedūt abſtinem⁹. Primo aūt mō ſic. Si inocētie accuſati min⁹. i. nō: ſup. fuerūt pudori: at. i. ſaltē vilitas accuſantiū debuiſſet eſſe pudori. i. ad pudorē. At cui⁹ criminis. Eadē iterrogādi forma vtit. Summā q̄ris. i. ſi q̄ris q̄ ſit ſumma accuſationū meaꝝ hec ē. Dicimur voluiſſe ſenatū eſſe ſaluū. Modū deſideras: ſubaudi ſi. Summa vocabulū ē tractū ab his q̄ rōnes ponūt cal culis ſeu denariis p̄ tectilib⁹. Apud nos ſuprema q̄ ⁊ ſumma dr̄ cōputatio ceteras oēs cōtinet. Unde ſummā vocam⁹ ſniā3 paucis v̓bis oīa q̄ dicim⁹: aut dicere debuimus cōplectētē. vn̄ in ep̄lis nōnūq3 adiicim⁹. Hec ſumma ē ⁊c. Inficiamur ⁊c. Inficias ire ē negare q̄ſi re ad hoc vt nō ſit factū qđ factū eē dr̄. Uno aūt vocabulo dr̄ ificior inficiaris. Sum tibi pudori: veri⁹ honeſtiuſq3 dr̄ q3 ſum tibi pudor. Arguor: accuſor: ⁊ rep̄hēdor. vn̄ ieptiūt q̄ dicūt arguo tibi ſic. vn̄ dicāt argumētor ſic. A Caio ceſare. Caius p c ſcribit. vn̄ ſepe c ſolū reperit. p̄fert tn̄ Gaius ſicut ꝯm Seruiū. Amurca ſcribit ⁊ amurga p̄fert. Siſr̄ licurgus ſcribit ⁊ ligurgus p̄fert. Ut in re nō ita ſenſus nr̄os ⁊c. Hoc dicit nō mirādū eē ſi mali moliunt ⁊ conant cōtra bonos mala: ſ3 q̄ ea efficere poſſunt: mōſtro ſimile dicit. Nā deterio ra velle ⁊c. ordo eſt. Nā velle deteriora ideſt mala ⁊ iniqua fuerit fortaſſe nr̄i. ideſt humani defectus: hoc ē p̄tinuerit ad humanā imbecillitatē. vt eīn docet Aug. in eo opuſculo qđ enchiridiō appellauit. Imbecillitatis ⁊ impfectōis eē poſſe peccare aut velle peccare. Cōe ē aūt oīb⁹ viatorib⁹ poſſe pecca re: ⁊ velle mala facere: ſ3 ſiīe eſt mōſtro poſſe ꝯtra inocētiā q̄ ſcelerat⁹ q̄ſq3 ꝯceperit: ⁊ hoc deo iſpectā te. Scelerat⁹ q̄ſq3. magis aptū eēt ſceleratiſſim⁹ q̄ſq3: atq3 ita ſcriptū fuiſſe opinari l3. Nā q̄ſq3 ſuplati uū vult. Si de⁹ ē vn̄ mala. Hācrē btūs Aug. in m̄ltis locis diſputat ⁊ p̄cipue in ope de libe. arbi. qđ etiā vn̄ malū iſcribit. Nos aūt nō theologicas: ſ3 grāmaticas recepim⁹ iueſtigatiōes. Nū p̄ticula in terrogatiua eſt: ⁊ negatiuā rn̄ſionē fere efflagitat. Ipa ſemp diligebas. Ipe apđ latinos autores ⁊ qđ illi correſpōdet apud grecos triū ſunt pſonarū ⁊ idifferēter v̓bis cuiuſuis pſone ꝑponūt. Prie vt in p̄ma egloga. Et ipm ludere q̄ vellē calamo pmiſit agreſti. Ipm. i. me. Scđe. vt. vi. enei. Ipſa canas. i. tu: ⁊ ac ipa diligebas: nec op⁹ ē cōiūgere p̄nomē tu. Tertie. vt i Bucco. Pollio ⁊ ipe facit noua car mina. Aduerte etiā puer p̄nomē ipē cōnotare eminētiā ⁊ p̄ciſionē: vt. iiii. enei. Ioue miſſus ab ipo. i. p̄ciſe a iano. q̄ ⁊ magn⁹ ē rex: ipe. i. p̄ciſe rex ⁊ null⁹ eo inferior mihi dixit. Iſte aūt vtilitatē ⁊ ꝯteptū indicat. vt qđ petis iſtis. i. vilib⁹. Ille aūt nobilitatē ⁊ maximā famā. vt alexāder ille macedo. Ille. i. notiſſim⁹ oīb⁹. Nō op⁹ ē monuiſſe apud Plautū ⁊ vetuſtiores lectū eē ipſus ⁊ ipſiſſim⁹. Meminiſſe tn̄ velim p̄nomē hic ⁊ oīa aduerbia inde deducta. vt hic huc hac hic ad p̄mā pſonā ptinere. vt hic. Hoc caput. i. meū. huc nemo venit. i. ad me. Iſte aūt ⁊ ab eo deducta. vt iſtic iſtac iſtoc iſtuc iſtinc: ad ſecūdā pſonā. Ille ⁊ abinde deriuata: vt illic illuc illac. illinc: ad tertiā. i. ad remotā tā ad quā loq̄t q3 ab ea q̄ loquit. Hec paucis dicta p̄ceptores exēplis notificēt. ¶ Quāta ſecuritate periculi mei. Male interptat q̄ dicit quāta ſecuritate. i. quāta tutela. Si eīn tutela fuit Boetio: nullū fuit pericu lū. Eſt aūt ſecuritas negligētia iniuria: paruipēſio. q̄ ſecurus eſt q̄ ſeorſum ē a cura: hoc eſt q̄ nō cu rat. l3 ſit piculū. Uult ergo dicere tā cōſtāter ⁊ animoſe defenderim ſenatū: vt nullā curā de periculo meo habere viderer. Mei laude ⁊ mea laude. q̄ laus quodāmō v̓bale eſt ⁊ idē qđ laudatio. vtrūq3 recte dicit. Eſt ergo laus mei q̄ eſt de me: hoc eſt qua ego laudor: laus mea quā ego facio vel quā ego poſſideo. Iugulare eſt icidere iugulū: hoc ē illā partē gutturis quo effuſo ſanguine mors ſequit. Ho ra. in ep̄lis. Ut iugulēt hoīs ſurgūt de nocte latrones. Dānamur. i. adiudicamur hoc loco morti ⁊ p ſcriptioni. Proſcribere duo ſignificat: aliq̄n res nō aīatas p ſcripturā venales ſignificare. Un̄ ille p ſcripſit edes ſuas q̄ eas iſcripſit venales ⁊ p titulū appēſu3 porro vel p̄cul a ſe facit. Dico nō aīmā tas. q̄ animātia nō dicunt pſcribi. ſed p̄duci q̄n venalia ſunt. p̄ducunt eīn ad mercatū. Scđo mō p ſcibere ē p ſcripturā relegare. Hoc aūt inter exulē ⁊ pſcriptū intereſſe videt q̄ exul in exilio vbi exu lat tut⁹ eſt: pſcript⁹ aūt nūq3 ſed vbicūq3 dep̄hēdat viu⁹ aut mortu⁹ ſenatui aut p̄ncipi adducendus. Tūc eīn pſcribit q̄n talis ſentētia i eū in publico loco ſcribit. Nō ergo dr̄ pſcript⁹: de ſcriptura dele tus ad ſeq3 p ſcripturā denūciat⁹ hoſtis ciuitatis ſue ⁊ hoc ſi ſapit relegatus. O meritos ⁊c. o vt Lau rēti⁹ docet q̄n exp̄mit cū actō vehemēte excādeſcentiā ⁊ iflāmationē iportat ſicut hic: ob quē nūqā dam actīn ſubtracta p̄ticula autores idonei ſepe ponūt. Sentētia v̓o q̄ frigide exponit a cōmēta tore ſupiore: credo ipſi nō bn̄ notā fuiſſe. Eſt aūt talis. Boe. oſtēdit ſe abſentē ⁊ icōfeſſu3 ob falſi crīs delationē p̄p̄ pietatē ſuā pſcriptū eē: ideoq3 idignat⁹ exclamat cōtra ſenatores ei⁹ ſentētie cōſcios dicēs eos eē meritos nemīnē ipor̄ū poſſe cōuinci ſimili crine. q̄ ipe Boe. cōuict⁹ erat. hoc eſt p̄p̄ pie tatē quā ipſi crīmē falſo vocabāt. Ordo ē. o merito ſup hoīes hoc ē q̄ meruerūt nemīnē ſup. eoꝝ poſ ſe. i. vt nemo eoꝝ poſſit aut dignus ſit cōuinci crimine ſili: q̄ cōuict⁹ ſum. hoc eſt crimine falſe ipoſito imo p̄pter pietatē ipi qua indigni ſunt. q. d. Digni ſūt q̄ v̓o crie puincant ⁊ nō ſiſti illi crimini qđ mi hi obiicit. Mihi inquā cuius reat⁹ dignitatē etiā ipſi q̄ detulere. i. detulerūt viderūt. Quā inquā di gnitatē vti. i. vt ipſi fuſcaret. ¶ Nota puer reus nō eſt ſemp malefactor aut crimini aut debito vera citer obnoxi⁹: ſ3 q̄cūq3 in iudicio cōuenit: aut citat⁹ eſt: aut ſe defendit: ſiue innocēs ſiue debitor ſiue liber fuerit ab oī debito reus dr̄. Sicut actor oīs q̄ aliū cōuenit aut citat. Ideoq3 dicit dignitatē rea tus. i. q̄ eſt in ipo reo. vel in cauſa reat⁹ ſui eſt. hoc eſt quare reus effect⁹ eſt. Ambitū etiā in hac ſignifi catiōe media breui pferes: vn̄ ambitioſus ſcđa breui ab oīb⁹ ponit. Solet aūt dari v̓ſiculus. Ambi tus eſt nomē: ambit⁹ participiū eſt. Sacrilegiū cōmittit q̄n res ſacra de loco ſacro: aut res ſacra de loco nō ſacro: aut res nō ſacra de loco ſacro legit. i. furat. Nullū aūt manifeſtiꝰ eſt q3 dū latria. i. fuit

Sūma.
Inficias ire.
Inficior
Argui.
Caius.
Num.
Iſte
Ille
Hic
Iſte
Illic.
Ambit⁹.
Sacrilegium.

Nigromantia. Magia. penetral

ſoli deo debita demonib⁹ offert. Preterea nōis puer corruptū eē vocabulū qḋ i cōmētariis ponit nicromātia. Dr̄ em̄ nigromātia vl̄ ars nigromātica qua cadauerib⁹ mortuoꝝ abutunt. Magoꝝ aūt dr̄ aūt magia aut ars magica. Pythagoricū illḋ.i.notū verbū qḋ pythagoras dicere ſolebat. Qui ſoluꝫ deū ſapientē pdicabat: eūqꝫ vnū eē ꝛ ſolū colendū adoratiōe: quā greci latriā vocāt: ſe aūt nō ſapientē: ſꝫ amatorē ſapiētie.i.phm eē pfeſſus eſt. Penetral inocēs dom⁹. Quidē cōiugē itelligūt. ego ꝟo penetralia ipa itelligo. Dr̄ em̄ penetral ſeu penetrale loc⁹ q̄ penetrat.i.pene intrat: ꝛ ē in iteriori parte dom⁹. Uult ergo dicere ꝙ i penetrali ſuo maior erat honeſtas ꝛ innocētia: ꝗ̄ vt cū demonib⁹ pactū haberet. Qui em̄ pacta talia hn̄t: hn̄t ēt loca ſecreta ꝛ inacceſſa q̄ nemo penetrat externus. Ad penetral aūt boetij admittebant plurimi ꝛ hij qdē honeſtiſſimi.

Instituti. Institutiones.

¶ Inſtituti maiorib⁹. apte dictū. Inſtituere em̄ ē aut mores aut diſciplinā ſtatuere: ſꝫ mores gn̄e neutro iſtituta dicunt diſcipline: aut poti⁹ eruditiōes ipe dicunt inſtitutiōes. Imbuti diſciplinis. Imbuere ē rei noue dare primā tincturā. vn̄ vas recēs fctm̄ prio liquore ībuit. vt apḋ flaccuꝫ i epl̄is. Quo ſemel ē imbuta recēs ſeruabit odorē Teſta diu. Per metaphorā aūt accipit p eo qḋ ē iacere fūdamēta alicui⁹ diſcipline. Et p quandā ſequelā p eo qḋ ē initiare vel inchoare. vn̄ i pmo buccolico carmine. Illi⁹ arā. Sepe tꝫ nr̄is ab ouilib⁹ ībuet agn⁹. Dico p ſequelā: qꝛ proprie ſignificat madidare. vn̄ qꝛ paſtores ſepe mutāt ſepta ſua: ſeptiqꝫ nouas aras ſi ſingulis mēſib⁹ ſacrificare volūt vt ille apud Uerg. pollicet: iſtituūt: iō imbuēdo eas ſanguīe victīe inchoāt eas. niſi vltro

Ultro citroqꝫ. Accedo accessus

i. inſup qſi vltra priorē iniuriā aliqd ſua ſpōte ꝛ nō rogatū facere. vt buccolico. At

¶ Metrum quintum primi libri.

O Stelliferi conditor orbis:
Qui perpetuo nixus ſolio
Rapido celum turbine verſas
Legemqꝫ pati ſidera cogis:
Ut nunc pleno lucida cornu
Totis fratris obuia flammis:
Condat ſtellas luna minores:
Nunc obſcuro pallida cornu
Phebo propior lumina perdat.
Et qui prime tempore noctis
Agit algentes heſperus ortus.
Solitas iterum mutat habenas:
Phebi pallens lucifer ortu.
Tu frondiflue frigore brume
Stringis lucem breuiore mora:
Tu cum feruida venerit eſtas:
Agiles noctis diuidis horas.

Coronarium. Hug. A coꝛona venit coꝛonariū qđ eſt p̄mium victoꝛie vel p̄mium belli vel certaminis ſcꝫ coꝛona vel aliquid aliud:vel coronariuꝫ eſt vnde aliquis meretur honorem vel adipiſcitur coꝛonā. ⁊ etiā allegat Boe.in hoc loco de hoc noīe coꝛonariū: ſed cōiter noīatur coꝛrelariū. ⁊ eſt coꝛrelarium cōcluſio ſequēs ex p̄miſſis. ¶ Nota aliquis diceret. Si oīs beatus eſt deꝰ cuꝫ plures ſint beati:plures erūt dij. Reſpondet Boe. ꝙ vnus eſt deus naturaliter et eſſentialiter:ſed participatiue:ſcꝫ participatione v̄tutis ⁊ immoꝛtalitatis poſſunt eſſe plures dij. Unde pſalmus. Ego dixi dij eſtis et filij excelſi oēs. Itē innuit phs xij. Meta. vbi ſic ꝯcludit. Nō valꝫ pluralitas pꝛincipum:ſit ergo vnꝰ pꝛinceps ſm̄ naturā ⁊ eſſentiam:ergo dicit Sene. Uir ſpeculatiuus eſt quaſi deꝰ in humano coꝛpoꝛe hoſpitatus. Pꝛo quo vlterius notādum ꝙ deus eſt quadruplex. Aliquis eſt deus nūcupatiue:vt idolū. Alius vſurpatiue: vt demones cultū dei ſibi vſurpātes. vt dicit ſcriptura. Oēs dij gētiū demonia. Tertius partici-

Deus. patiue:vt hoīes beatitudinē participātes. Quartus deus naturā habēs eſſentie eternitatē : immutabilē ⁊ cōicabilitatē. Pꝛimis tribus modis poſſunt bene eſſe plures dij:ſed nō quarto modo. Ultimo noto deitatē ſiue diuinitatē participare:nō eſt niſi immoꝛtalitatē:impaſſibilitatē: ſubtilitatem ⁊ agilitatē adipiſci. Nā moꝛtale additū nobis ſeparat nos a dijs:vt dicit Poꝛph. ergo adeptiōe immoꝛtalitatꝭ erimꝰ dij. Atqui hoc ꝗꝫ pulchꝛius. Hic phia mouet circa p̄dicta quādā dubitationē. Secūdo ſoluit eā ibi. Cuiꝰ diſcretiōe. Pꝛimo dicit. Ex quo dicis hoc coꝛrelariū eſt pulchꝛū. Atqui pro certe hoc qđ iam dicā nihil pulchꝛius:qđ ratio ꝑſuadet eſſe annectēdū his ſcilꝫ ſupꝛadictis : ⁊ dicit Boe. quid eſt pulchꝛū illud. dicit phia. Cū beatitudo videꝛ etiā multa continere dubitaꝛ vtrum hec oīa cōiūgant.i.conſtituāt veluti vnum coꝛpus beatitudinis quadam varietate partium:an ſit aliqđ eoꝛū quod compleat ſubſtātiam beatitudinis ad qđ cetera referanꝛ. Tunc Boe. petit hāc q̄ſtionem magis elucidari dicens. Uellem inq̄t vt patefaceres illud qđ queris cōmemoꝛatiōe ipſarū rerū ſupple explicādo:⁊ philoſophia cōdeſcendēs Boetio querit. Nōne cenſemus beatitudinē eſſe bonū. dicit Boe. Certe ſummum bonū. cui phia: licet.i.licitū addas hoc ſcꝫ ſummū oībus his. nā btitudo eſt ſumma ſufficiētia: eadē eſt ſumma potētia: ⁊ iudicaꝛ eſſe ſumma reuerētia: claritas ⁊ voluptas. dicit Boe. quid igiꝛ ſup. eſtimas eſſe dicendū. Rn̄det phia: heccine.i.nūqđ hec oīa ſcꝫ ſufficientia potentia:qꝫ ꝑ ⁊ cetera ſunt veluti q̄dā mēbꝛa beatitudinis:an cūcta referunꝛ ad bonū veluti ad verticem idest tanqꝫ:ad ſummā rōneꝫ appetēdi oīa alia. Tūc Boe. fateꝛ ſe intelligere q̄ōnē:⁊ p̄ſtolari eius ſolutionē dicēs. ¶ Intelligo qđ ꝓponas inueſtigādū:ſꝫ deſidero audire qđ cōſtituas.i.diffinias q̄ſtionem diſſoluēdo. ¶ Notādum ꝙ q̄ſtio quā phia mouet eſt iſta. Utrū p̄dicta quinqꝫ ſcꝫ ſufficientia:re

nas: ſed quid cōſtituas audire deſidero. Ph. Huius rei diſcretionem ſic accipe. Si hec oīa beatitudinis membra forent a ſe quoqȝ inuicem diſcreparent. Hec eſt enim partium natura vt vnum corpus diuerſa cōponant. Boet. Atqui hec omnia idem eſſe monſtrata ſunt. Philoſophia. Minime igitur membra ſunt: alioquin ex vno membro beatitudo videbitur eſſe cōiuncta: quod fieri nequit. Boet. Id quidem inquam dubium non eſt: ſed id quod reſtat expecto. Philoſophia. ¶ Ad bonum vero cetera referri palam eſt. Idcirco enim ſufficientia petitur: quoniam bonum eſſe iudicatur. iccirco potentia: quoniam id quoque eſſe creditur bonum. idē de reuerentia claritudine iucunditate coniectare licet. Omnium igitur expetendorum ſumma atqȝ cauſa bonum eſt. Quod enim neqȝ re neqȝ ſimilitudine vllum in ſe retinet bonum: id expeti nullo modo poteſt. Contraqȝ etiam que natura bona non ſunt: tamen ſi eſſe videantur quaſi vera bona ſint: appetuntur. Quo fit vti ſumma cardo atqȝ cauſa expetendorum omniuȝ bonitas eſſe iure credatur. Cuius vero cauſa quid expetitur id maxime videtur optari. Veluti ſi ſalutis cauſa quiſpiaȝ velit equitare: non tā equitandi motū deſiderat: q̄ ſalutis effectum. Cum igitur oīa boni gratia petantur: non

nerētia ⁊c. conſtituāt btītudinē ſicut diuerſa mēb[illegible]corpus: vel vtruȝ oīa ſint eadē ⁊ referanť ad aliq̄d vnū: ſcilicet ad bonū: q̄ð rō ſit apperēdi oīa illa [illegible] Notādū qꝛ in btītudine eſt ſummū bonū: ⁊ ī beatitudie eſt ſufficiētia: reuerētia: gloria: ⁊ iocūditas: iō q̄riť an iſta ſint in beatitudine tāq̄ȝ diuerſa aut ad vnū relata: ſcȝ ad bonū rōne cuiꝰ appetunť. ¶ Ro. ad primā ptē queſtiōis dȝ rńderi ꝙ nō: qꝛ mēbra vnū corpꝰ cōſtituētia debēt eſſe inter ſe diuerſa vt ſtatim ꝓbabiť in litera ſequēti: ſȝ illa q̄nqȝ ſunt vnū vt ꝓbatū eſt: ergo nō poſſunt eē ptes btītudinis ꝯſtituētes ipaȝ ſicut mēbra vnū corpus: etiā ſi ſic ſeq̄reť ꝙ btītudo ſeu deus nō eſſet oīno ſimplex: q̄ð eſt impoſſibile. ¶ Cuius rei diſcretionem. Hic phīa ſoluit queſtionē: ⁊ primo oſtendit ꝙ iſta quinqȝ nō ſunt partes ⁊ mēbra btītudinis. Scd̄o oſtēdit ꝙ oīa referanť ad bonū: ibi. Ad bonū ꝟo. Primo intēdit taleȝ rationē. Membra cōſtituentia aliq̄d vnū adinuicē debēt eſſe diuerſa: ſȝ iſta omnia quinqȝ ſunt idē: ergo nō ſunt mēbra ⁊ partes btītudinis. Vñ dicit in lr̄a. Cuius rei ſup. poſite in q̄ſtiōe ſic accipe diſcretionē i. diſcretē ſolutionē. Si hec oīa forēt membra btītudinis: tūc diſcreparēt ad ſeinuicē. Hec eñ eſt natura partium: vt diuerſa cōponāt vnū corpꝰ. Rńdet Boe. Atq̄ ꝓ certe hec oīa q̄nqȝ mōſtrata ſunt ideȝ eſſe ſupple in nona ꝓſa. Infert phīa. Igitur minime ſunt membra btītudinis: ſȝ ſi ī eis ſolueť rō mēbri: oīa erūt vnū mēbrū: ⁊ tūc ſequiť btītudinē cōponi ex vno mēbro q̄ð eſt impoſſibile: ⁊ hoc eſt q̄ð dicit. alioq̄uin id eſt ſi aliter dicať q̄ð nō ſunt mēbra: ſed vnū mēbrū: videť beatitudo eſſe cōiuncta ex vno mēbro q̄ð fieri nequit: ⁊ dicit boetius. Id q̄dē quō concluſum eſt nō eſt dubiū: ſȝ illud q̄ð reſtat de ꝟitate alteriꝰ ptꝭ queſtionis expecto. ¶ Nota ꝙ beatitudo eſt diuinitas vt priꝰ viſum eſt: ⁊ qꝛ diuinitas eſt oīno ſimplex ⁊ indiſſolubilis ex nullo pōt eſſe cōſtituta. cū eñ ꝯſtituēs ſit priꝰ cōſtituto eēt aliq̄d prius deitate quod abſurdū eſt. ergo beatitudo nō pōt eſſe conſtituta ex pluribꝰ mēbris vel ex vno membro. ¶ At bonū ꝟo ⁊c. Hic phīa oſtendit ꝙ oīa referanť ad bonuȝ tanq̄ȝ ad cauſaȝ ꝑpter quā appetunť. Scd̄o ex dictis deducit quaſdā ꝯcluſiōes ſuperius ꝓbatas vt meliꝰ intelliganť: ſecunda ibi. Cuiꝰ ꝟo cauſa. Primo dicit. Palam eſt cetera. ſcȝ quinqȝ ſupradicta ad que oīa appetēda reducunt ipſa referri ad bonū: iccirco eñ petitur. i. accipitur: ſufficiētia: qꝛ bonū eſſe iudicatur: iccirco potentia petitur: quia id etiam creditur eſſe bonum. ideȝ licet cōiectare: id eſt iudicare de reuerētia claritudine. i. claritate ⁊ iucūditate ⁊ ſic vniuerſaliter cōcludere ꝙ bonū eſt ſumma. i. pfectio ⁊ cauſa oīm expetēdoꝝ. i. deſiderādoꝝ. q̄ð declarat ꝑ ſignū dicēs. Illud eñ q̄ð neqȝ in re neqȝ in ſimilitudine. i. apparentia vlluȝ bonū retinet in ſe illud nullo mō pōt expeti. i. deſiderari: ⁊ ꝑ cōtrariū illa q̄ nō ſunt bona natura. i. ex natura: tñ ſi videanť. i. appareāt eſſe quaſi vera bona ſint: appetunť. q̄ fit vti bonitas iure credať eſſe ſumma atqȝ cauſa oīm expetendoꝝ. ¶ Notādū ꝙ bonū eſt cauſa oīm deſiderādoꝝ: qꝛ deficiente rōne boni in aliquo ſiue ſit bonū ſm apparentiā ſiue exiſtentia tolliť ratio appetibilis: poſita vero ratione boni in aliquo: ſiue ſecundum apparentiā ipſum eſt appetibile: propter quod dicit Ariſto. iij. de anima. Mouet enim appetibile hoc quidem bonum: hoc aūt apparēs bonū. Cuiꝰ ꝟo cauſa. Hic ex dictis phīa deducit q̄ſdā ꝯcluſiōes ꝑ̇us ꝓbatas: vt meliꝰ intelligant: ⁊ ſunt due. Pria eſt ꝙ bonū ⁊ btītudo ſunt ideȝ. Scd̄a ꝙ deꝰ ⁊ bonū idē ſunt deducēs ğ p̄mā ꝯcluſionē dicit. Illð maxie videť optari cuiꝰ cā q̄dē aliq̄d expetiť. i. deſiderať: vt ſi ꝑ cā ſaluťſ. i. ſanitaťſ q̄ſpiā. i. aliq̄s velit eq̄tare ñ tā. i. tñ ð̄ſiderat motū eq̄tādi q̄ȝ. i. q̄ȝtū ð̄ſiderat effectū ſaluťſ. i. ſanitaťſ. Cū igr̄ Bonuȝ.

oīa petanꝛ.i.appetanꝛ gr̄a boni:illa nō poti⁹ [deſid]eranꝛ ab oīb⁹ ꝙ̄ ipm̄ bonū:ſꝫ nos cōceſſim⁹ btitudinē eſſe ꝓpter quā cetera optāꝛ: quare ſola b[titu]do tāꝙ̄ finis oīm alioꝝ deſideraꝛ Ex q̇ liq̇do.i. manifeſte apparet eē vnā atq̧ eādē ſubſtātiā ipſi⁹ boni ⁊ btitudinis. Boe. aſſentiēs iſti deductiōi dicit. Nihil video cur q̄ſpiā poſſit diſſentire. ¶ No. quoꝝ ꝓprietas ꝑ ſe ē eadē neceſſe eſt illa eē eadē. Cuꝫ igiꝛ bonū ⁊ btitudo habeāt vnā ⁊ eādē ꝑ ſe ꝓprietatē:erūt eadē. Nā ꝑ ſe ꝓpriū ē btitudini ꝙ oīa propter eā deſiderāꝛ. Siſr illa ꝓpetas eſt boni.ꝙ oīa appetūꝛ q꞉ bona.ḡ bonū ⁊ btitudo ſūt idē. ¶ Notādū ꝙ illd̄ magis appetiꝛ:cui⁹cā aliq̇d appetiꝛ q꞉ illud ꝓpter qd̄ aliq̇d appetiꝛ ṗus eſt in cauſādo motū deſiderij ꝙ̄ illud qd̄ appetiꝛ ꝓpter aliud:q꞉ cauſa ṗmaria ṗus influit ꝙ̄ ſcd̄aria.⁊ id̄ illd̄ ꝓpter qd̄ aliq̇d appetiꝛ ṗus ifluit deſiderio ꝙ̄ illd̄ qd̄ appetiꝛ ꝓpter alid̄ ſicut finis plus influit ꝙ̄ ordinata in finē:⁊ hoc declarat ꝑ exēplū in lr̄a de ſanitate: que plus appetiꝛ ꝙ̄ act⁹ equitādi fact⁹ ꝓpter ſanitatē. Sed deū. Hic pħia ex cōcluſiōe pri⁹ ꝓbata deducit ſcd̄aꝫ.ſ.deū ⁊ bonū eē idē ſm̄ ſubſtātiā ⁊ dicit. Sed mōſtrauim⁹ deūq̧ ꝑ ⁊ verā btitudinē eē idē atq̧ vnū. dicit Boe. Ita eſt inquā. Ex quo ɔcludit pħia di. Igiꝛ ſecure lꝫ cōcludere ſubſtātiā dei eſſe ſitā in ipo bono nec vſq̄ꝫ alio.i.alibi. ¶ Nota ꝙ ex ṗma cōcluſiōe inferꝛ ſcd̄a:accipiēdo ṗmā cōcluſionē ꝓ maiore:arguēdo ſic. Bonū ⁊ beatitudo ſunt idem ſm̄ ſubſtātiam:ſed deus eſt vera beatitudo:ergo deus ⁊ bonum ſunt idem ſm̄ ſubſtantiam.

illa potius ꝙ̄ bonum ipſum deſideranꝛ ab omnibus. Sed propter qd̄ cetera optantur beatitudinem eſſe conceſſimus:quare ſic quoq̧ ſola queritur beatitudo Ex quo liquido apparet ipſius boni ⁊ beatitudinis vnam atq̧ eandem eſſe ſubſtantiaꝫ. Boe. nihil video cur diſſentire quiſpiā poſſit. Phi. ¶ Sed deū verā q̧ beatitudinē vnū atq̧ idē eſſe monſtrauim⁹. Boe. Ita ē inquā. P. Secure igiꝛ concludere licet dei qꝫ in ipſo bono nec vſq̄ alio ſitā eſſe ſubſtantiam.

Raymū. Ne nos ṗter rei ſubiecte veritatē caſſa cogitationis imago decipiat. ¶ Senſus ē ṗuſq̄ꝫ inquirā quo ſit vera felicitatis ɔquirēdū eſt an ſit tale bonū in reꝝ natura quale dictū eſt ſcd̄a ꝓſa tertij:⁊ cauſaꝫ ſubiūgit ne decipiamur q̄rendo rē q̄ nō eſt.nā q̇ rē q̄rit (que nō eſt) nunq̄ꝫ inueniet vt ſi q̇s ꝑ ſiluas ⁊ campos chimeram q̄reret incaſſum laboraret nec vſq̄ꝫ inueniret cū chimera non ſit in reꝝ natura. ¶ Cōtraq̧ etiā que natura bona nō ſunt tn̄ ſi eē videanꝛ (quaſi vera bona ſint) appetūꝛ. Senſus eſt etiā ecōtrario ſenſu ea appetunꝛ tanq̄ꝫ ſi vera bona eſſent ſi habeāt aliquā ſimilitudinē boni q̄uis nō ſint bona ſcd̄m naturā. Alios ſcriptores iſtum corruperant textū ſed lege:vt poſuimus.

Aſcenſi⁹ Voniā igiꝛ ⁊c. Quonā hec felicitas ꝓfectio ſatis inuſitate poniꝛ quonā ꝓ i q̇. Nā quonā poti⁹ eſſet ad q̇d.cui nō q̄drat hec dictio ɔſtituta. Eſt ḡ.nā in q̇. Sicut poſtea. Quo vo ⁊c.i quo:vt ſit vo ꝑ ſꝫ:q̇.i.i quo habitet ⁊c. Ne hūc reꝝ. Ne trib⁹ modis accipi poſſe manifeſtū eſt. Aliqñ eñ valet certe ⁊ ſcribiꝛ cū diphōgo:vt apud comicū. Ne ego infelix hō ſuꝫ.⁊ apd̄ Perſi. Ne.mihi polydamas ⁊ troiades labeonē ꝑretulerit. Aliqñ eſt ꝓhibitiuū:⁊ ē vt nō cū optatiuo frequēter vt ne facias:vꝛ accipiꝛ ꝓ nō cū impatiuo:vt ne nega: ne ſeui: ne pete. Ex his duob⁹ p̄poniꝛ. Tertio mō accipiꝛ ꝑ an:⁊ tūc ē ſubiūctiui ordinis:vt q̇ teneāt:nā iculta videt hoīes ne fere ne. Or ergo hic p̄poniꝛ:accipiēdū ſcd̄o mō eſt:nec ponit dubitationē inter mēbra:ſꝫ ꝓhibet ambo p̄ſumi. Eſt aūt p̄ſumere rem tanq̄ꝫ notā aſſumere.q.d. ſit p̄ſupponere vel ṗuſq̄ꝫ cōcedaꝛ capere. In vulgari aūt ſignificatiōe:q̇ eſt nimiū ſibi vendicare aut attribuere dixi apud doctos reperies:q̇ dicere ſoliti ſunt.h̄ ſibi multa ſumit. Sumim⁹ eī ꝑ nos nullo ſ[u]bdāte:accipim⁹ ab alio. Ordo igiꝛ eſt. Ne p̄ſumas.i.noli p̄ſumere.i.p̄ſupponere ⁊ tāq̄ꝫ ꝓbatū aſſumere hūc ṗrem oīm reruꝫ vel accepiſſe extrinſec⁹.i.ab aliquo q̄ꝫ a ſe illud ſummū bonū:quo ꝓhibeꝛ eſſe plen⁹:vel ipm̄ habere illud ita.i.taliter naturalꝛ q̄ſi cogites.i.putes ſubſtātiā dei habētis ⁊ btitudinis habite eē diuerſaꝫ. Refragari cōponiꝛ a re ⁊ fragor qd̄ nō eſt frequēs verbū. Eſt aūt refragari diſſentire ⁊ nō dare vocē aut aſſenſum ſuū petēti:ſicut ecōtrario. Suffragari eſt annuere:aſſenſum dare ⁊ vocē in electione alicui⁹:aut illi quouis pacto ꝑ fauorē cōſulere. vñ ſuffragiū dictū eſt qd̄ etiā ꝓ interceſſiōe ſctōꝝ:immo etiā pro precibus quas pro ſuffragio eorum impetrando fundimus nonnulli accipiunt.

Preſumo Sumo. Accipio. Refragor. Suffragor. Suffragium.

¶ Metrum decimum tertij libri.

Hac omnes pariter venite capti.
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas libido mentes
Hic erit vobis requies laborum.
Hic portus placida manens quiete

Sanct⁹ thomas. Hac oēs pariter venite capti. Iſtud eſt metrū decimū hui⁹ tertij:qd̄ dr̄ valēricū ab inuētore:⁊ eſt hēdecaſillabū cōſtās ex ſpōdeo ⁊ dactilo ⁊ duob⁹ vꝛ trib⁹ trocheis.q꞉ vltimo loco pōt poni ſponde⁹ vel trocheus.in quo metro pħia poſtq̄ꝫ oſtendit in quo ſit ſumma btitudo hortaꝛ ad iſtā beatitudinem ꝑuenire di. Omnes capti quos fallax libido.i.fallax delectatio habitans.i.poſſidēs terrenas mētes:ligat improbis catenis.i.vitioſis cupiditatib⁹.venite pariter huc.i.ad ſummū bonū qd̄ ē ſitū

tij.deo. Tũc oſtendit vtilitatẽ veniendi ad illud bonũ dicens. Hic.i.in iſto bono qđ eſt deus erit vo-bis reqes laboꝝ:cũ ipſe ſit pmiũ in hac vita laborãtiũ:hic ẽ portus.i.ſecuritas manẽs placida qete: hoceſt aſylũ.i.domus refugij vnũ.i.ſolũ:qꝛ tm̃ ad deũ eſt refugiũ:patẽs.i.apertũ miſeris:tunc cõpa rat illud bonũ ad bona tpalia oñdẽs bona tpalia eſſe dãnoſa qꝛ ſui cupiditate obtenebrant aĩas di. Quicqd donat tagus fluui⁹ iſte aureis ſuis arenis: qđqđ donat hermus fluui⁹ rutilãte.i. ſplẽdẽte

Hoc patens vnum miſeris aſylum.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat:aut Hermus rutilante ripa:
Aut indus calido propinquus orbi
Candidis miſcens virides lapillos
Illuſtrant aciem:magiſqꝫ cecos:
In ſuas condunt animos tenebras
Hoc quicquid placet excitatqꝫ mentes
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur vigetqꝫ celum
Uitat obſcuras anime ruinas:
Hanc quiſquis poterit notare lucem
Candidos phebi radios negabit.

ſua ripa:aut ind⁹ fluui⁹ a q̃ dꝛ india:ppin quus calido orbi:qꝛ vicinus torride zone indus inquã cõmiſcẽs lapillos virides.i. ſmaragdos cãdidis.i.margaritis ſup.oĩa illa nõ illuſtrãt:aciẽ ſup.mẽtis:ſed magis cõdũt.i.inuoluunt cecos aĩos ĩ ſuas tene bras.i.ignorãtias ꝟi boni.hoc.ſ.bonũ tpa le quicqd.i.qđcũqꝫ placet:qꝫ pro ꝛ excitat mentes ad cupiditatẽ:illud tellus aluit ĩ-fimis cauernis.i.pfundis:qꝛ in profundo terre gignũtur metalla ꝛ gẽme. Tũc oſtẽ dit vtilitatẽ boni qđ eſt deus:in quo ẽ ve-ra btitudo di. Splendor.i.beatitudo ſplẽ-dẽs quo ſplendore regiť celũ:ille vitat ob ſcuras ruinas aĩe:qꝛ ſplẽdor ꝛ obſcuritas nõ cõpatiunť in eodẽ.qſquis ergo poterit notare.i.notã habere hãc lucẽ:ipſe nega-bit.i.nõ curabit cãdidos radios phebi. id eſt ſolis. ¶ No.ppter literã ꝙ aſylum ſm Hugo.dꝛ domus refugij quã romulus fe-cit: ab a qđ eſt ſine.ꝛ ſylon qđ eſt tactus q̃ ſi ſine tactu qꝛ nõ erat phas ibi aliquẽ tã-gere vel offendere. ¶ No.ſꝫ illud li. ethy. Tagus eſt fluui⁹ quẽ carthago hiſpanie ſic nũcupauit ex quo pcedit copioſitas arenis auriferis:ꝛ ob hoc pro ceteris fluuijs hiſpanis ẽ pcla rus. ¶ No.ſm Hug.ꝙ herm⁹ ẽ fluui⁹ aſie q̃ cãpos ſmirneos ſecat fluctib⁹ ꝛ eſt plen⁹ aureis arenis. ind⁹ ãt ſꝫ Yſido.ẽ fluui⁹ oriẽtꝫ q̃ rubro mari excipiť.a q̃ ĩdia nũcupať abũdãs margaritꝫ ꝛ ſmaragdis

HUc omnes pariter venite capti. Sẽſus eſt o vos oẽs hoĩes q̃ eſtis ligati voluptatibus vi tioſis decipiẽtibus vos ꝛ opprimẽtibus rõne terrenis inherentẽ venite.i.pperate venire huc.i.ad ſummũ bonũ. ¶ Hoc qcquid placet excitatqꝫ mentes infimis tellus aluit cauer nis. Ordo eſt tellus.i.terra aluit.i.nutriuit vel genuit cauernis infimis.i.in cõcauitatib⁹ pfundis hoc ſcꝫ tpale bonũ qcqđ.i.qđcũqꝫ placet.i.gratũ eſt vobis qꝫ p ꝛ.excitat.i. cõmo uet mẽtes ideſt animos hominum ad ſui concupiſcentiam. Raymũ.

HUc oẽs.carminis hui⁹ legẽ ſupra vidiſti nõ tñ putarẽ eẽ monocolõ.i.vni⁹ mẽbri:ſꝫ dico-lõ pter ſm ꝟſum iucites alternati poſt ꝟſuꝫ cõpoſitũ ex ſpõdeo dactilo ꝛ trib⁹ trochels aliũ cõpoſitũ ſpondeo trocheo dactilo ꝛ duob⁹ trocheis. Eſt g̃ prior ꝟſus phaleti⁹ ſcđs ſaphicus:ſꝫ vterqꝫ hẽdecaſyllab⁹.i.vndecim ſyllabaꝝ. Aſylũ vt docet Tortelli⁹ cũ y gre co ꝛ vnico l ſcribiť.ꝛ apud nos ſi ꝫt intemeratũ. Nã cõponiť ab a qđ ẽ ſine ꝛ ſylo traho. eo ꝙ loc⁹ erat abs quo neminẽ p viꝫ trahere licebat.fuit prio athenis ꝯſtructũ:deide etiã rome a ro mulo.vt plurimi authores ſunt. Tagus fluui⁹ eſt luſitanie toletũ radẽs:q̃ vt ait Pli. ppe hiſpaniaꝫ carthaginẽ:ꝛ ob arenas auriferas ceteris eiuſdẽ regiõis oĩb⁹ anteferť. Hermus fluui⁹ eſt lydie:q̃ are nulas aureas ducit.vñ Uerg.geor.iij. Atqꝫ auro turbidus hermus. Et teſte herodoto li.i. apud ſar-dos fluit:q̃ ciuitas fuit in lydia ꝛ creſi regia. Infimis tellus aluit.i.pduxit ꝛ educauit infimis cauer nis ſuis.hoc de auro verũ eſt ꝛ reliqs metallis nõ de lapillis:q̇ ĩ terra ſp naſcunť. Cetera nota ſunt. Aſcenſi⁹

¶ Proſa vndecima tertij libri.

AſSentior inquam:cũcta enim firmiſſimis nexa rõnibus cõſtãt. P. Tum illa. Quan ti(inquit)eſtimabis ſi bonũ ipſum quid ſit agnoueris. Boe. Infiniti inquam.ſiquidem mihi pariter deum quoqꝫ qui bonum eſt contingat agno-ſcere. Philoſophia. At qui hec veriſſima (inquit) ra

ASſentior iquã. Iſta ẽ.xj. pſa hui⁹ tertij in qua phia indu-cit Boe.ĩ cognitõeꝫ quorũdã q̃ pri⁹ faſſus fuit ignorare ſcꝫ qs ſit finis oĩm reꝝ ꝛ qb⁹ gu-bernaculť mũdus regať. Prio ducit ipm ĩ cognitionẽ primi.ſcđo ĩ ſcđi. ĩ ſequẽti pſa Prio phia iueſtigat diffinitionẽ boĩ. ſcđo ex hoc oñdit qđ ſit finis oĩm reruꝫ.ibi. Et ille minimũ.prio pmittunť qdã.ſcđo phia aggrediť ppoſitũ.ibi. Nõne inqt. Primo Boe.aſſentiens di. Aſſentior inquã.ſ.iam dictis. Cuncta enĩ ꝯſtãt nexa firmiſſimis Sãctus thomas.

tione patefacta: maneāt modo que pauloante conclu-
ſa ſunt. Boe. Manebunt. Philo. ¶ Nonne inquit
monſtrauimus ea que appetūtur a pluribus: iccirco
vera pfectaq̄ bona nō eſſe quoniā a ſeinuicē diſcrepa-
rent? Cūq̄ alteri abeſſet alterū plenū abſolutūq̄ bo-
num afferre non poſſe. Tum autem verum bonum fie-
ri cum in vnam veluti formam atq̄ efficientiam colli-
guntur? vt que ſufficientia eſt eadē ſit potentia: reue-
rentia: claritas atq̄ iocūditas. Niſi vero vnum atq̄
idem oīa ſint. nihil habere quo inter expetēda nume-
rent? Bo. demōſtratū eſt inquā nec dubitari vllo mo-
do pōt. P. Que igitur cū diſcrepant minime bona
ſunt: cū vero vnū eſſe ceperint bona fiunt: nonne hec
vt bona ſint vnitatis fieri adeptione contingit? B.
Ita inquā videtur. P. Sed omne quod bonum eſt
boni participatione bonū eſſe concedis: an minime?
B. Ita eſt. P. Oportet igit idē eſſe vnū atq̄ bonum
ſimili rōne cōcedas. Eadē nāq̄ ſubſtantia eſt eorum
quoꝝ naturaliter nō eſt diuerſus effectus. B. Nega-
re inquā nequeo. Ph. ¶ Noſtine igitur inq̄t omne
quod eſt tandiu manere atq̄ ſubſiſtere quamdiu ſit

rationibus: qꝛ demōſtratiuis: ⁊ phīa inquit. [illegible]ti ſcȝ p̄cij eſtimabis ſi agnoueris q̄d ſit ipſuȝ bonū. Rn̄det Boe. Infiniti .ſ. precij inquā eſtimabo ſiquidē mihi pariter cōtingat agnoſcere deū q̄ bonus eſt: dicit phīa. Atqui ꝑ certe hoc patefaciā veriſſima ratione: maneāt .i. cōcedanť: mō .i. tantūmō que cōcluſa ſunt pauloante. Et dicit Boe. manebūt ſine oī cōtradictiōe in ſui veritate. ¶ No. ꝙ ad ꝓbandum aliquā cōcluſionē opȝ principia manere in ſui veritate: ⁊ ea cōcedi. ſi eñ negarenť nō poſſet ex eis deduci cōcluſio. volēs ergo phīa ex iis que cōcluſa ſunt tanq̄ȝ ex principiis cōcludere q̄d ſit bonū: dicit hoc velle ſfacere manētibꝰ iis que probata ſunt ⁊ dicit Boe. ꝙ manebūt in ſui veritate. ¶ Nōne inq̄t mōſtrauimus ea. Hic philoſophia aggreditur intentū oſtendēdo quid ſit bonū: et intendit probare iſtā cōcluſionē. Bonum eſt illud q̄ð omnia appetunt: quā probat tali ratione vnum ⁊ bonum ſunt ideȝ: ſed oīa appetunt eſſe vnū: ergo omnia appetunt bonū. Circa iſtā rationem ſic ꝓcedit. Primo ꝓbat maiorē. ſcðo minoreȝ. tertio reſumpta maiore infert cōcluſionem. ſecūda ibi. Noſtine igiť. tertia ibi. Eſt ne igiť. Probat ergo maiorem ꝙ vnum ⁊ bonum ſunt idē per modū q̄ſtiōis. Et primo querit di. Nōne ſupra monſtrauimus in nona proſa ea q̄ appetunť a pluribus .ſ. ſufficiētia: reuerētia: potētia: iccirco nō eſſe vera bona ⁊ pfecta: quoniā diſcreparēt a ſeinuicē ſup. eo mō quo appetunť a pluribus ⁊ cū alterū adeſſet alteri: nō poſſe afferre plenū ⁊ abſolutū bonū q̄ð nullo indigeat tunc ſup. mōſtrauimus vnū verū bonū fieri cū colliguntť in vnā formā beatitudinis atq̄ efficientiā .i. vnā cauſam efficientē .ſ. deū vt que ſit ſufficentia eadē ſit potētia reuerētia: claritas: iocūditas: niſi vero oīa ſint vnū ⁊ idem: monſtratū eſt ea nihil habere quo numerenť .i. cōputenť inter expetenda .i. deſiderāda. ⁊ dicit Boe. Demonſtratū eſt inquā nec vllo mō dubitari pōt. Ulterius querit phīa. Illa que cū diſcrepāt minime ſunt bona: ⁊ cuȝ ceperint eſſe vnū bona fiunt: nōne hec cōtingit fieri bona adeptōe vnitatis? dicit Bo. Ita videť eſſe inquā. Et ſubdit philoſophia. Sed oē quod eſt bonum participatione boni concedis eſſe bonum an minime? Et dicit Boe. ita eſt. Tūc phīa ex conceſſis concludit maiorē di. Igiť ſimili ratione oportet vt cōcedas vnū ⁊ bonum eſſe idem. Et confirmat illā concluſionē ꝑ locum ad effectū di. Nā eadē eſt ſubſtantia eoꝝ quorum nō eſt naturaliter diuerſus effectus qꝛ idē inquantū idem natū eſt facere idem. Bo. concedens di. Negare inquā nequeo. ¶ Not. ex litera ſic probatur ꝙ vnū ⁊ bonū idē ſunt. Quecūq̄ non ſunt bona niſi qꝛ ſunt vnū nō ſunt bona niſi adeptione vnitatis. ſed omnia ſunt bona adeptiōe vnitatis: ergo vnū ⁊ bonū idem ſunt. Uel aliter arguitur ſic. Omnia ſunt bona adeptione bonitatis oīa ſunt bona adeptione vnitatis: ergo bonū ⁊ vnū idem ſunt. Aliā rationem innuit in litera di. Illa ſunt vnū quoꝝ nō eſt diuerſus effectus: qꝛ idē inquantū idē nō facit niſi idē: ex ſecundo de generatione: ſed vnius ⁊ boni nō eſt diuerſus effectus: qꝛ effectus vtriuſq̄ eſt bonū ergo ſunt idē. Et hec cōcluſio patet ex .iiii. metaphiſice: vbi Ariſtoteles vult ꝙ bonū ⁊ vnuȝ cōuertanť. ¶ Noſtine igiť omne quod eſt. Hic phīa ꝓbat minorē .ſ. ꝙ oīa appetunt eſſe vnū per talem rōnem. Unūquodcūq̄ tādiu manet atq̄ ſubſiſtit q̄ȝdiu eſt vnū: ſed oīa naturaliter appetunt permanere ⁊ ſubſiſtere: ergo oīa appetunt eſſe vnū. Illius rationis primo declarat maiorem. ſcðo minorē ibi. Eſt ne igiť: tertio reſumpta maiore concludit intentū ibi. Quod aūt inquit. Primo ergo declarans maiorē ꝙ vnūquodq̄ tandiu manet q̄ȝdiu eſt vnū. dicit Noſti o Bo. omne q̄ð eſt tādiu manere atq̄ ſubſiſtere q̄ȝdiu ſit vnū: ⁊ cū deſiterit eſſe vnū pariter contingit diſſolui atq̄ interire. q̄rit. B. Quonāmodo? phīa declarat in exemplo dicens in aīalibꝰ hoc patet: cū aīa ⁊ corpus in vnū coeūt atq̄ permanent vnū: illud vnū vocať animal. cuȝ vero hec vnitas diſſoluatur ſeparatione vtriuſq̄

Unum ⁊ bonum.

ſupple anime ⁊ corporis: liquet .i. manifeſtum eſt animal interire ⁊ nõ iam eſſe animal. Ponit aliud exemplum. ipm etiã corp⁹ humanũ cũ ꝑmanet in vna forma ꝯiunctiõe membroꝝ: tũc viſitur .i. videtur humana ſpecies: ſꝫ ſi partes corpis diſtribute ⁊ ſegregate .i. ſeparate ab inuicẽ diſtraxerunt vnitatem: corp⁹ deſinit eẽ qđ fuerat: eodẽ mõ ꝑcurrẽti cetera ꝓculdubio patebit vnũ quodqꝫ ſubſiſtere .i. ꝑmanere dũ eſt vnuꝫ: cũ vero deſinit eſſe vnũ interire videt̃ ⁊ dicit Boe. Minime inquã videt̃ mihi aliud ꝯſideranti plura.

vnum: ſed interire atqꝫ diſſolui pariter atqꝫ vnum eſſe deſtiterit? Boe. Quonam modo? Phil. Ut in animalibus inquit cum in vnũ coeunt ac ꝑmanẽt aĩa corpuſqꝫ id aĩal vocatur. cũ vero hec vnitas vtriuſqꝫ ſeparatione diſſoluitur interire: ne iam eſſe aĩal liquet: ipſum qꝫ corpus cũ in vna forma membroꝝ cõiunctione ꝑmanet humana viſitur ſpecies. At ſi diſtribute ſegregateqꝫ ꝑtes corpis diſtraxerint vnitatem: deſinit eſſe qđ fuerat: eoqꝫ modo ꝑcurrẽti cetera ꝓcul dubio patebit ſubſiſtere vnũquodqꝫ dum vnum eſt: cũ vero vnũ eſſe deſinit interire. B. Conſiderãti inquã mihi plura minime aliud videt̃. P. ¶ Eſt ne igit̃ inq̃t qđ inquãtũ naturaliter agat relicta ſubſiſtẽdi appetẽtia venire ad interitũ corruptionẽqꝫ deſideret? Bo. Si aĩalia inquã cõſiderẽ q̃ habẽt aliquã volẽdi nolẽdiqꝫ naturã nihil inuenio ꝙ nullis extra cogẽtib⁹ abijciãt manẽdi intẽtionẽ ⁊ ad interitũ ſpõte feſtinẽt. Oẽ nãqꝫ aĩal tueri ſalutẽ laborat: mortẽ vero ꝑniciẽqꝫ deuitat. Sꝫ q̃d de herbis arboribuſqꝫ q̃d de iaĩatis oĩno cõſentiã rebus ꝑſus dubito. P. ¶ Atqui nõ eſt ꝙ de hoc poſſis ãbigere: cũ herbas atqꝫ arbores ĩtuca

¶ Nota ꝙ aliqs diceret non videtur ꝙ eſſe ⁊ eſſe vnũ ſint eadẽ: qꝛ mali ſunt: ⁊ tñ nõ ſunt vnuꝫ ꝓbo. vnũ ⁊ bonũ ſunt idẽ: vt iã ꝓbatũ eſt: ſꝫ mali nõ ſunt boni: ergo nõ ſunt vnũ. Iſta rõ ſoluitur ex quarto hui⁹ negãdo maiorẽ: qꝛ phĩa q̃rto hui⁹ ꝓbat malos nõ ſolũ nõ eſſe potẽtes. ſꝫ ſimplr̃ nõ eſſe. Un̄ mali bñ ſunt mali: ſed quod ſimpliciter dicantur eſſe: nõ eſt veꝝ. ſicut hõ mortuus ſimpliciter nõ eſt hõ. Et de hoc videbitur in quarto. ¶ Eſt ne igitur: declarat minorem: ſcꝫ ꝙ oĩa appetãt eſſe ⁊ permanere. Et primo oſtẽdit hoc. ſcđo ꝓbat ꝙ talis appetitus eſt naturalis. ſcđa ibi. Neqꝫ nũc nos. Prĩo oñdit intẽtum in aĩalibus. Secundo in vegetabilibus. Tertio in reb⁹ inanimatis. ſcđa ibi. Atqui nõ eſt. tertia ibi Ea etiã. Primo dicit phĩa. Eſt ne aliud qđ inq̃tuꝫ naturaliter agat deſideret venire ad interitum .i. mortẽ: qꝫ ꝑ ct ad corruptionẽ relicta appetẽtia ſubſiſtẽdi. Reſpõdet Boe. Si ꝯſiderẽ aĩalia q̃ habent naturã .i. appetitũ volẽdi .i. appetendi: et nolendi .i. fugiẽdi aliq̃d nihil inuenio qđ abijciat intẽtionẽ manẽdi ſup. in reꝝ natura. ⁊ feſtinet ſpõte .i. volũtarie ad interitũ nullis cauſis cogẽtibus. qꝛ oẽ aĩal laborat tueri ſalutẽ ⁊ deuitat mortẽ ⁊ ꝑniciẽ: ſꝫ ego ꝑſus dubito q̃d de herbis ⁊ arboribus: q̃d de rebus inaĩatis oĩno ꝯſentiã ſup. an talia appetãt eſſe ⁊ ꝑmanere. ¶ No. Boe. nõ dubitat q̃n aĩalia appetãt eſſe ⁊ ꝑmanere: cuius rationẽ innuit illud qđ laborat tueri ſalutẽ ⁊ vitare mortem hoc appetit eſſe ⁊ ꝑmanere: ſed omne animal eſt huiuſmodi: ergo ⁊c. Sed vtrum ita ſit in vegetalibus et in rebus inanimatis de hoc dubitat: et poteſt eſſe

ratio dubitatiõis: qꝛ in talib⁹ nõ ſunt opationes ita manifeſte ſubſeruiẽtes appetui naturali permanendi: ſicut in animalib⁹ q̃ mouentur ad percipiendum nutrimentũ ⁊ alia q̃ ꝑtinent ad cõſeruationem vite. ¶ Atqui nõ eſt ꝙ de hoc poſſis. Hic phĩa ꝓbat ꝙ vegetabilia ſicut herbe ⁊ arbores appetunt eẽ ⁊ ꝑmanere. Et hoc ꝓbat quatuor modis. ſicut patebit. Prĩo ex locoꝝ qualitate qꝛ ĩ talib⁹ locis naſcunt̃ vbi diuti⁹ poſſunt ꝯſeruari ineſſe. vñ di. Atqui ꝓ certe Boe. nõ eſt ꝙ poſſis ambigere .i. dubitare de hoc vtrũ iãiata ⁊ vegetabilia appetẽt eẽ ꝑmũ .i. ꝑmo ſigno: cũ tu intuearis herbas atqꝫ arbores innaſci locis ſibi ꝯuenietib⁹: vbi q̃ꝫtũ eaꝝ natura .i. vigor nature q̃at nõ ꝑñt cito exareſcere ⁊ interire. Nã alie cãpis oriũt̃ ſicut oliue: alie mõtib⁹ ſicut cypſſi: alias ferũt paludes ſicut alnos ſalices: alie herẽt ſaxis ſicut herbe q̃ dicunt̃ capilli veneris ⁊ herba iouis. Aliaꝝ herbaꝝ ſunt fecũde .i. abũdãtes ſteriles arene: vt illi⁹ herbe q̃ đr merica: q̃ ſi quiſqꝫ conant̃ trãſferre in alia loca areſcũt: ſed natura dat vnicuiqꝫ qđ ſibi ꝯuenit: ⁊ elaborat ne intereãt q̃ꝫdiu manere poſſunt. ¶ No. ꝙ loc⁹ ẽ ꝑncipium gñatiõis: qꝛ ſeruat ⁊ ꝯſeruat locatũ: ⁊ ipo mediãte ꝟtus celeſtis influit ipi locato. Cũ igit̃ vegetabilia ſicut herbe ⁊ plãte requirãt determinata loca ĩ q̃bus ſaluant̃: ⁊ alijs areſcãt ptꝫ qꝛ ipa appetant eſſe ⁊ ꝑmanere. ¶ Quid dicã ꝙ oẽs. Hic phĩa ꝓbat idem alio ſigno qđ ſumitur ex mõ ſituationis partiũ ſm ꝯuenientiã ad attractionẽ alimenti quo ꝯſeruatur eſſe coꝝ. Et dicit. Quid dicã ex hoc ꝙ oẽs .ſ. herbe ⁊ arbores trahũt alimẽta radicib⁹: velut ore demerſo in terras: ⁊ diffundunt ſibi alimentum ꝑ medullas: ꝑ robur qꝫ ꝑ ⁊ corticeꝫ. qđ nõ eſt niſi ꝓpter appetitũ ꝑmanendi. Tũc ponit aliud ſignum qđ ſumit̃ de diſpoſitiõe paratũ ad ꝓhibendum nocumẽtum extrinſecum di. q̃d dicam

ris primum ſibi cōuenientibus innaſci locis: vbi quātum carū natura queat cito exareſcere atqꝫ interire nō poſſunt. Nam alie q̄dꝫ cāpis: alie mōtibus oriūtur: alias ferūt paludes: alie ſaxis herēt: aliaꝝ fecūde ſunt ſteriles arene: quas ſi in alia quiſpiā loca transferre conetur areſcūt. Sed dat cuiqꝫ natura qđ conuenit: ⁊ ne dum manere poſſunt intereant: elaborat. Quid dicam. ꝙ oēs velut in terras ore demerſo trahunt alimēta radicibus ac ꝑ medullas robur corticēqꝫ diffundunt. Quid ꝙ molliſſimū: quodqꝫ ſicuti medulla eſt: interiore ſemꝑ ſede reconditur: extra vero quadam ligni firmitate: vltimus autē cortex aduerſū celi intēperiē. quaſi mali patiēs defenſor opponitur. Jam vero quāta eſt nature diligētia vt cūcta ſemine multiplicato ꝓpagenť: que oīa nō mō ad tēpus manendi verū generatim quoqꝫ quaſi in ꝑpetuū ꝑmanendi veluti quaſdā machinas eſſe q̄s neſciat? ¶ Ea etiā que inanimata eſſe creduntur nonne quod ſuum eſt queqꝫ ſimili ratione deſyderant? Cur enim flammas quidem ſurſum leuitas vehit: terras vero deorſum pondus deprimit: niſi ꝙ hec ſingulis loca motioneſqꝫ conueniūt. Porro autem quod cuiqꝫ cōſentaneum eſt: id vnum quodqꝫ conſeruat ſicuti ea q̄ ſunt inimi ea corrūpunt: Jā ṽo que dura ſunt vt lapides adherent tenaciſſimis partibꝰ ſuis: ⁊ ne facile diſſoluanť reſiſtūt. Que vero liquētia: vt aer atqꝫ aqua facile quidem diuidentibus cedunt: ſed cito in ea rurſus a quibus ſunt abſciſſa relabūtur. Jgnis vero oēꝫ refugit ſectionem. ¶ Neqꝫ nunc nos de voluntarijs aīe cognoſcentis motibus: ſed de naturali intentio

ex hoc ꝙ nobiliſſimū quodqꝫ: ſicut eſt medulla ſemꝑ recōditur. i. locať interiori ſede. i. in medio plante: extra ṽo tueať quadā ligni firmitate. vltimꝰ aūt. i. exterior cortex arboris: quaſi patiēs mali. i. potens: ſuſtinere mala opponiť defenſor aduerſuꝫ intemperieꝫ celi. i. aeris tūc ponit aliđ ſignū qđ ſumitur ex ꝓpagatiōe ſeminis: qđ ordinať ad ꝯſeruatiōeꝫ nature in alio ſimili in ſpecie: cū nō poſſit manere idē ī nūero. ⁊ đt. Jā ṽo quāta eſt diligētia nature vt cūcta ꝓpagentur ſemine multiplicato ſup. cōſidera q̄ oīa ſemina q̄s neſciat eē tanq̄ꝫ quaſdā machinas. i. iſtrumenta manendi nō mō. i. nō tm̄ ad tps. verūetiā ꝑmanēdi in ꝑpetuū gn̄atim. i. ſucceſſiua gn̄atione q. d. nullꝰ eſt cui hec nō pateāt. ¶ Not. ꝙ

Radices. radices plātarum ori ſimiles ſunt cū habeant eādeꝫ opationē ſup. trahere alimētum hn̄t aūt plāte radices infixas terre: qꝛ ex terra humorē trahūt ⁊ alimentū qđ diffundiť ī medullā. deide ī robur deinde in corticē. Eſt aūt medulla molliſſimū qđ eſt in medio plāte vel arboris: nō potens pati ꝑ intemperātiā caloris ⁊ frigoris: iō natura. ipſam locauit ī medio: quā circūdat robur qđ eſt lignū arboris. robur aūt circundať cortice exteriori tāq̄ꝫ defenſore ab ītemperie aeris. ¶ No ꝙ qꝛ vegetabilia nō poſſunt idē numero manere: iō natura ꝓducit ī eis ſemina: ꝑ quoꝝ ꝓpagationem ꝑmaneāt ideꝫ ī ſpecie. ſcꝫ in ſuo ſimili. ¶ Ea etiaꝫ q̄ inanimata. Hic phia probat ꝙ etiā inanimata appetāt eē duobus ſignis. Primo ex inclinatione naturali eorum ad locum: ⁊ dicit ſic: ea etiam que creduntur eſſe inanimata: vt lapis: aer: ignis nōne deſiderant id eſt appetūt queqꝫ id eſt omnia inanimata qđ eſt ſuū i. ſue nature conſonum ſimili ratione propter cōſeruationem ſui eſſe? quaſi dicat ſic. Cur enī leuitas vehit id eſt mouet flāmas ſurſum ⁊ pondus id eſt grauitas deprimit terras deorſum non ꝓpter aliam cauſam niſi ꝙ hec loca: qꝫ ꝑ et motiones cōuenīūt ſingulis ſup. ꝓ ſaluatiōe eoꝝ eē ⁊ ſubdit. Porro ſup. illđ qđ eſt ꝯſentaneū i. ꝯueniens cuiqꝫ illud ſup. ꝯſeruat ī eſſe vnūquodqꝫ: ſicut ea q̄ ſunt inimica id. eſt cōtraria corrumpūt. Scđo ꝓbat idem ꝑ aliud ſignum ſumptum ex ꝯſeruatiōe naturalis ꝓprietatis hmōi eſt continuitas quā quelibet res naturalis nititur cōſeruare: vn̄ dicit. iam ſup. iſta vero que dura ſunt vt lapides adherent tenaciſſimis. i. firmiſſimis ſuis partibus: reſiſtunt ꝑ ſuaꝫ duriciem ne de facili diſſoluantur: que vero ſunt liquentia id eſt mollia: ſicut aer ⁊ aqua de facili cedunt diuidentibus: ſꝫ cito relabuntur id eſt redeunt ad ea a quibus ſunt abſciſſa: ſed ignis effugit omneꝫ ſectionem. ¶ Nota ꝙ hic vltimum ꝙ dicit ignem fugere omnem ſectioneꝫ dupliciter exponitur. Primo ſic. Aliquid ſecatur cum partes eiꝰ ab inuicem ſeparantur

Ignis. ita vt in nullo conueniant: ſed partes ignis ſic non poſſunt ſecari quin ſemper in aliquo conueniant vt maxime patet de igne qui eſt flamma. alio modo exponitur ſic. quod ignis refugit omnem ſectionem: quia propter vehementiam ſue actionis corrumpit ipſum quod debet ſecare: ⁊ igniendo ipm̄ ī ſuam naturā cōuertit. ¶ Neqꝫ nūc nos. Hic phia ponit ꝙ deſideriū eſſendi nō eſt appetitꝰ volūtarꝰ

ſed naturalis ⁊ di. Neqʒ nos tractam⁹ nũc de motib⁹ volũtarijs aĩe cognoſcẽtis: ſʒ naturali intẽtiõe ſicuti naturale eſt ꝙ tranſigimus. i. digerimus acceptas eſcas ſine cogitatiõe: ⁊ ꝙ in ſummo neſcientes ducimus ſpm̃. i. reſpiramus. Nã amor. i. appetitus manendi. i. ſuſtinendi in animalibus nõ ꝓuenit ex volũtatibus anime. ſ. ſup. ſicut tu eſtimas: qꝛ tam ſuperius poſuiſti ſolũ in animalib⁹ eẽ appetitum manendi: ſed venit ex pꝛincipijs nature: qꝛ natura reperit̃ tam in aĩatis qʒ̃ in inaĩatis: ꝙ aũt

ne tractamus. Sicuti eſt ꝙ acceptas eſcas ſine cogitatione tranſigim⁹: ⁊ ſicuti ꝙ in ſomno ſpũ ducimus neſcientes. nã ne in aĩalibus quidẽ manendi amor ex aĩe voluptatibus: verũ ex nature pꝛĩcipijs venit. Nã ſepe moꝛtẽ cogẽtibus cauſis qua natura refoꝛmidat voluntas amplectitur. Cõtraqʒ illud quo ſolo moꝛtaliũ rerum durat diuturnitas gignendi opus qđ natura ſemꝑ appetit interdũ coercet voluntas. adeo hec ſui charitas nõ ex aĩali motione: ſed ex naturali intẽtione ꝓcedit. Dedit enĩ ꝓuidentia creatis a ſe rebus hanc vel maximã manendi cauſam: vt quoad poſſunt naturaliter permanere deſiderẽt. Quare nihil eſt qđ vllo modo queas dubitare cũcta que ſunt appetere naturaliter conſtantiã permanẽdi: deuitare perniciẽ. Boe. cõfiteoꝛ inquã nũc me indubitato cernere: qui dudum incerta videbãtur. Phi. ¶ Quod autem inquit ſubſiſtere ac ꝑmanere appetit id eſſe vnũ deſiderat. Hoc enim ſublato neceſſe quidem cuiꝗ̃ permanebit. Boe. Verum eſt inquã. Ph. Oĩa igitur inquit vnũ deſiderãt. B. cõſenſi Phi. Sed vnũ idipm̃ monſtrauimus eſſe qđ bonũ eſt. B. Ita quidẽ. Ph. Cũcta igit̃ bonũ petũt' qđ quidẽ ita deſcribas lʒ. ipm̃ bonuʒ eſſe qđ deſideret̃ ab oĩbus. Bo. Nihil inquã verius excogitari põt. Nã vel ad nihilũ cũcta referuntur et vno veluti vertice deſtituta ſine rectoꝛe fluitabunt: aut ſi quid eſt ad qđ vniuerſa feſtinent id erit omniũ ſummum bonoꝛũ. Ph. ¶ Et illa nimiũ inquit. O alũ

appetit⁹ manẽdi nõ ſit ex volũtate ꝓbat dupliciter. Pꝛimo ꝓbat hoc: qꝛ voluntas ſepe amplectit̃ moꝛtẽ quã natura refoꝛmidat. i. abhoꝛret cogentib⁹ cauſis. ſ. extrinſecis: ſicut patet de martyꝛib⁹. Scđo pꝛobat idẽ ex hoc ꝙ volũtas q̃nqʒ cohibet operationẽ cõſeruatiuã eſſe ſpecifici. di. Contraqʒ. i. ꝑ cõtrariũ illud opus gignẽdi quo ſolo durat diuturnitas. i. ꝑmanẽtia reruʒ moꝛtaliũ qđ natura appetit. interdũ exercet voluntas ſicut ptʒ in cõuentẽtib⁹. ideo hec charitas. i. appetitus ſup. ꝑmanendi nõ ꝓcedit ex animali motiõe: ſed ex naturali intentione quaʒ deus indidit nature. Dedit enĩ ꝓuidẽtia diuina rebus creatis a ſe hanc maximã cauſaʒ manẽdi: vt deſiderẽt ꝑmanere naturalr̃ quo ad. i. qʒ̃diu poſſunt. Quare nihil ẽ qđ vllo mõ queas i. poſſis dubitare cũcta q̃ ſunt naturaliter appetere cõſtantiã ꝑmanendi ⁊ deuitare perniciem. Qđ Boe. cõcedens. di. Cõfiteoꝛ iquã nũc me cernere indubitato. i. ſine dubitatiõe q̃ dudũ incerta videbant̃ ſup. ꝙ vegetabilia ⁊ inaĩata naturaliter appetunt ꝑmanẽtiã eſſendi. ¶ No. ꝙ duplex ẽ appetitus. ſ. naturalis ⁊ aĩalis. Naturalis eſt qui conſequitur foꝛmã naturaleʒ: ⁊ qꝛ pꝛima ꝑfectio illius qđ habet foꝛmã naturalẽ eſt eſſe: ideo appetitus cuiuſlibet rei naturalis eſt ad ſuũ eſſe habẽdũ ſi careat vel ad conſeruandũ ſi habeat. Appetitus aũt aĩalis eſt qui conſequit̃ foꝛmã appꝛehẽſam ⁊ ſi eſt appꝛehẽſa ꝑ ſenſus: ſic ẽ appetitus ſenſitiu⁹: q̇ ſemꝑ tẽdit in cõueniẽtia nature. ſi aũt eſt foꝛma appꝛehenſiua per intellectũ tũc inclinatio cõtinẽs eſt appetitus rõnalis qui eſt volũtas: ⁊ qꝛ illud qđ ſm̃ ſe eſt diſcõueniens nature ſicut eſt moꝛs. illud hõ appꝛehẽdit q̃nqʒ tanqʒ̃ cõueniẽs ꝓpter aliud annexũ. ſ. ꝓpter pꝛemiũ eterne vite: ideo voluntas ſepe amplectit̃ moꝛtẽ queʒ natura refutat. Ex quo ptʒ ꝙ appetitus eſſendi nõ eſt pꝛimo ⁊ pꝛĩcipalr̃ ex appetitu intellectiuo: ſʒ ex appetitu naturali: nã appetit⁹ intellectiuus nõ inueniẽtur in oĩbus i q̇bus inuenit̃ appetitus naturalis. ¶ Qđ aũt ſubſiſtere ⁊c. Hic phĩa

appetit⁹ duplex.

reſumpta maioꝛe cõcludit intentũ dicẽs. Qđ aũt appetit ſubſiſtere ac ꝑmanere: illud deſiderat eſſe vnũ. hꝫ enĩ ſublato nõ ꝑmanebit cuiqʒ rei ſuũ eẽ. dicit Bo. verũ ẽ. Cõcludit ğ phĩa. Oĩa igit̃ eẽ deſiderãt ⁊ Boe. cõſentiẽs di. cõſenſi. ⁊ tũc maioꝛẽ ꝑncipalis ſyllogiſmi reſumit vt ↄcludat diffinitionẽ boni dicẽs. Sʒ nos mõſtrauim⁹ vnũ eſſe ipm̃ qđ bonũ eſt di. Boe. Ita q̇dẽ. Tũc phĩa cõcludit intẽtũ foꝛmãdo diffinitionẽ boni di. Igit̃ cũcta bonũ petũt: qđ bonũ lʒ. i. licitũ eſt: vt deſcribas. Bonum eſt qđ deſiderat̃ ab oĩbus: ⁊ di. Bo. nihil verius cogitari põt: qꝛ vel ad nihilũ cuncta referunt̃: ⁊ deſtituta vno ṽtice. i. pꝛincipio cũcta fluitabũt ſine rectoꝛe: aut ſi q̇d ẽ ad qđ vniuerſa feſtinẽt: illud erit ſummũ alioꝝ bonoꝝ. ¶ No. ꝙ oẽ qđ ẽ vel appetit ꝑfici: vl' i ſua ꝑfectiõe ſaluari. Cũ igit̃ ꝑfici ⁊ i ꝑfectione ſaluari ſit bonũ: oĩa appetũt. ¶ No. cũ dꝛ oĩa appetũt bonũ: ibi nõ accipit̃ bonũ ꝑciſe ꝓ bono naturali: ſed ꝓ bono cõiter accepto. qđ bonũ cõiter acceptũ ẽ eſſe eſſentiale vel accidẽtale cõueniẽs rei

Bonum

vt pficiaꝛ vel i ſua pfectione ſalueꝛ. ❡ Et illa nimiũ inquit. Hic phĩa ex dictis reducit Boetiũ in cogitationẽ cuiuſdã qđ ſupra ſe ignorare cõfeſſus eſt. ſ. qs ſit finis oĩm rerũ: ⁊ pmo cõmẽdat dictũ boe. di. O alũne nimiũ letoꝛ qꝛ tu fixiſti. i. attigiſti notã. i. cognitionẽ in mẽte medie veritatis. i. pfecte veritatis. q̃ eſt in medio. ſ; hoc patuit tibi qđ dicebas te ignorare paulo ante ſup. in pmo li. vi. pſa. ⁊ q̃rit Boe. quid inquã ſup. eſt illud: dicit phĩa: q̇d ſit finis oĩm rerum. ⁊ ſubdit. is eñ eſt finis oĩm rerum qđ deſideraꝛ ab oĩbus. qđ qꝛ bonũ eſſe colligim⁹ vt patet ex diffinitiõe boni: oportet vt fateaꝛ bonũ eſſe finẽ oĩm rerũ. ❡ Notãdũ ꝙ per notitiã medie veritatis intelligit notitiã diuinã: ſicut eñ punctum eſt mediũ circuli a quo oẽs linee dicũꝛ. ſic deus eſt mediũ veritatis a quo oĩs veritas procedit. ❡ Notandũ ꝙ oĩa appetunt ſui finẽ cũ finis ſit pfectio rei ⁊ res deſtituta ſuo fine fruſtraꝛ: cũ igiꝛ de ratiõe finis ſit eſſe bonuꝫ: qꝛ auferẽtes finẽ auferunt naturã. ex. ij. metap. io finis oĩm rerũ bonũ.

ne letoꝛ. ipſam eñ medie veritatis notã mente fixiſti. Sed in hoc patuit tibi quod ignorare te paulo ante videbas. Boe. Quid inquã? P. Quis eſſet inq̇t rerũ oĩm finis. Is eñ profecto quod deſideratur ab oĩbus quod quia bonũ eſſe colligimus: oportet rerum omnium finem bonum eſſe fateamur.

Raymũ. Quoniam a ſe inuicẽ diſcreparẽt cũq; alteri abeſſet alterũ plenũ abſolutũq; bonũ afferre nõ poſſe. Senſus eſt nos declarauim⁹ in pſa quarta tertij libri bona tẽporalia ppter id nõ eſſe vera pfectaq; bona quoniã a ſe inuicẽ diſcreparẽt. i. quãdo a diuerſis hoĩbus diuerſo modo appetunꝛ nã tũc diſcrepare videnꝛ inter ſe quando nõ eodẽ modo appetũtur ab hoĩbus ſicut verum bonum appetitur et etiam ob id ꝙ alterum abeſſet. i. deeſſet alteri: ſic ꝙ alteruꝫ ſine altero appetereꝛ. lege abeſſet nõ adeſſet. ❡ Neq; nũc nos de volũtarijs anime cognoſcẽtis motibus (ſed de naturali intẽtione) tractamus. Q̃q; in ſuperiori cõmentario ſatis videaꝛ tractatũ ac declaratũ que ſint differẽtie appetitus: nos tamẽ pro iuuenibus informãdis dicimus ꝙ appetitus eſt triplex ſcꝫ naturalis ſenſitiuus ⁊ intellectiuus. Appetitus naturalis eſt inclinatio ſeu tendẽtia rei in ſuã pfectionẽ ſine cognitione preuia ⁊ iſte eſt ſolus in rebus inanimatis et in plãtis. Appetitus ſenſitiuus eſt inclinatio q̃ ſequiꝛ cognitionẽ ſenſitiuã in aliquo ſenſato (. i. potentias ſenſitiuas habẽte) abſq; ratione diſcernẽte ⁊ iſte eſt in brutis volatilibus beſtijs ⁊ reptilibus cum primo ſcꝫ naturali ſiue intellectiuo. Appetitus intellectiuus eſt volũtas que ſequiꝛ cognitionẽ intellectiuã rationali cognitione preuia ⁊ iſte eſt in rebus ratiõalibus cũ duobus pmis ſcꝫ naturali et ſenſitiuo. nam quicquid poteſt virtus inferioꝛ poteſt ſuperioꝛ ⁊ cum hoc plus.

❡ Aſcenſius.

Aſſẽtioꝛ Eſtimo ꝟba pcij Aſſentioꝛ inquã ⁊c. Marcus Varro li. viij. ad Ciceroneꝫ de lingua latina. Sẽtio inq̇t nemo dicit: ⁊ id per ſe nihil eſt aſſentioꝛ tñ fere omnes dicũt. Siſenna. ſ. vnius aſſentio in ſenatu dicebat ⁊ eũ poſtea multi ſecuti ſunt nõ tamen vincere conſuetudinem potuerunt hec Gellius. Quãti eſtimabis. eſtimo compoſitũ eſt vt docet valla: ab es eris ⁊ time grece qđ eſt preciũ latine: ⁊ ſignificat vt ſit taxare ⁊ pciũ eris aut alterius ſtatuere: oĩa aũt verba ad preciũ ſpectantia regunt ablatiuum: preter quatuoꝛ gtõs tanti: quãti: pluris ⁊ minoris cuꝫ eorum compoſitis ⁊ hoc quando tam ſimplicia quam compoſita ſine ſubſtantiuis ponuntur. Nam cũ ſubſtantiuo etiã in ablatiuo poni volunt. Nõ ergo expones ſicut cõmẽtarius ſuperioꝛ. Quãti eſtimabis id quãti precij: ſed quanto pcio. verũ occurrit illa reſponſio authoris dicẽtis infiniti ſup. eſtimarẽ: p qua oportet dicere plura cũ his ꝟbis in genitiuo cõſtrui. Aut corruptũ eſſe textũ in quo ſcriptum erat infinito. Videnꝛ aũt ideo quidã infiniti velle legere: qꝛ dicunt interrogatiuũ ⁊ reſponſiuũ in eodem caſu poni debent: quod vniuerſaliter verum nõ eſt: ſed tunc tñ quando dictio regens regit omnia vocabula in eodẽ caſu: ſed ſi in diuerſis caſibus diuerſa regat omnia que in eodẽ caſu ponenda erant vt copulata per coniunctionẽ copulatiuã ⁊ interrogatiuũ ponenꝛ in diuerſis caſibus: Cuius rei exempla multa ſunt. primũ vt litere inciſe ſunt in es ⁊ in auro. Nõ diues in ere nec i auro vt docet Valla. Secundum tu accuſaberis furti vel ſacrilegij ⁊ nõ vtroq;. non dices ⁊ non vtriuſq;. Tertiũ vendã tribus ſolidis ⁊ nõ pluris vel nõ minoris. Quartũ. liber eſt tu⁹ ⁊ petri ⁊ nõ tui ⁊ petri ſic interrogãdo cuius eſt dom⁹: reſpondebis mea. ⁊ quãti emiſti: reſpondebis trib⁹ aureis: nõ triuꝫ aureoꝝ. Querenti igitur quãti eſtimares potuit dixiſſe infinito: ⁊ neſcio an ita dixerit. Sũt tñ q̇ pro autoritate inter recẽtiores grãmaticos hunc locũ adducãt ad probandũ nõ ſolũ iã dictos quatuoꝛ genitiuos cũ verbis ad precium ſpectantibus conſtrui. Quod de his verbis eſtimo: facio: pendo: et curo magnifeſtũ eſt. Nam dicimus paruifacio paruipẽdo paruicuro: Sed hec videãt grãmatici. Si q̇dẽ ⁊c. Si q̇dẽ due ſunt dictiones. Nã ſi vna eſſet dicerẽ nõ cõtingat. ſ; contingeret. Arbores in tuc aris primum ſibi conuenientibus innaſci locis. Si Vergil. in georgico. Nec vero terre ferre omnes omnia poſſunt ⁊c. Ignis omnem refugit ſectionem: non quod ſecari aut diuidi non poſſet: ſed dicit refugit. i. naturaliter recuſat ſecari: ⁊ manifeſtius quam aqua aut aer. Nam illa poſſunt ſic ſecari quod partes maneant immobiles vt patet de aqua aut aere ſtante: ⁊ plus in aqua quam in aere qui plus ad ignem accedit: ſed ignis diuiſus contineri non poteſt quin reluctetur ⁊ vnionem ſui nõ petat ſurſum tendendo.

Quis ꝓfunda mēte ⁊c. Iſtud eſt vndecimū metrum huius tertij qđ dicitur gliconicū ab inuentore iambicum a pede p̄dominante in quo metro phia oſtendit quō poſſumus cognoſcere bonū ⁊ verū ⁊ ꝑuenire ad cognitionē rerum. ex quo Boe. pri⁹ ꝯfeſſus eſt ſe modo ſcire: qđ prius ignorabat. Prīo ergo oñdit modū quo poſſumus deuenire in cognitionem veritatis. Scđo aſſignat cauſam ei⁹ ibi. Nō omne nāq;. dicit prīo. Quiſquis veſtigat. i. inueſtigare vult verū ꝓfundū mēte: ſcȝ ſubtili: q; ꝑ ⁊ ille nō cupit falli vllis deuijs. i. falſis opinionibus q̄ faciūt a vero deuitare ille reuoluat ī ſe. i. exercitet intra ſe lucem. i. ſpeculationē intimi viſus i. ratiōis ⁊ intellect⁹ interioris: ⁊ ipſe cogat. i. reducat lōgos mot⁹. i. opatiōes aīe ꝓcedētes ab aīa: inflectēs eos mot⁹ in orbem. i. circulū redeūdo ad aīam: ⁊ quicq̇d aīaȝ doceat. molit̄. i. laborat ſpeculādo: extra. i. res circa res exteriores: ille doceat animū retruſuȝ. i. ad ſe reuerſuȝ poſſidere ſuis theſauris. i. potētijs q̄ ſunt memoria ⁊ ītellect⁹ ⁊ tūc illđ qđ atra nubes. i. obſcuritas ignorātie dudū texit. i. occultauit illđ lucebit. i. apparebit ꝑſpicacius. i. euidēti⁹ ipō phebo. i. ſole. q. d. longo tp̄e fuit obſcurū: lucidū apparebit intellectui. ¶ Notādū ꝙ qui vult cognoſcere verum dirigat rationē ⁊ intellectū ad ipſam reȝ extra ad reruȝ proprietates: ⁊ ſi aliq̇d cognoſcit ex his nō ſtatiȝ indicet: ſed in ſe reuertatur deliberādo an ita ſit: vel nō ſit: qꝛ ſepe videt̄ bonū eſſe qđ nō eſt: ⁊ nō eſſe quod eſt. ſine eī̄ deliberatiōe nō eſt iudicandū qđ nō eſt lōga deliberatione ꝓbatum: ideo dicit phīa reuoluat in ſe lucem ītimi viſus. ¶ Notādū ꝙ orbis ē linea circūducta rediēs ad idē. inflectere ergo ad longos motus in orbē eſt cuȝ virt⁹ anime ab aīa vſq; ad ipſam rem diuertit̄ ⁊ ad animā reuertitur deliberādo an ita ſit vel nō ſit ſm̄ quod cognouit. ¶ Nō omne nāq; mēte depulit lumen ⁊c. Hic philoſophia aſſignat cauſam eius qđ dictum eſt ſcȝ quare poſſum⁹ cognoſcere verū di. Nam corpus inuehens id eſt inducens obliuioſam molem id eſt grauitatem qua hō fit obliuioſus: nō depulit omne lumen id eſt cognitionem veritatis mente id eſt de mente: quia habitus principiorū manet in mente. ⁊ ſubdit ꝓfecto id eſt ꝓ certo ſemen id eſt principium veri. i. veritatis: heret. i. manet introrſum id eſt intrinſecus in anima quod excitatur ventilante id eſt exercēte doctrina. ꝙ autem ſemen veri ſit in anima probatur per hoc ꝙ puer ignarus qñq; reſpōdet ad interrogata: vt vtrum qualitas ſit numer⁹ par vel impar. vñ dr̄. Nam cur rogati i. interrogati cenſetis. i. iudicatis vel reſpōdetis recta ſpōte. i. volūtarie: ni. i. niſi fomes. i. radix veritatis merſus. i. latens: viueret alto corde. i. ꝓfunda mente: ⁊ ſubdit ꝙ ſi muſa. i. ſapientia: Platonis ꝑſonat verū. illud qđ quiſq; dicit recordat̄ immemor. i. oblitus. ¶ No. ꝙ platoni imponitur ꝙ voluerit aīas oīa ſciuiſſe anteq̄ȝ cōiungerent̄ corpibus: ſed adiuncte corporib⁹ oīa tradidiſſe obliuioni: ſȝ per ſtudium ⁊ exercitiū ſapientiā recuperaſſe. ergo voluit ꝙ ſcire nō eſt aliud niſi quoddā antiquorū reminiſci: ad quā intentionem videt̄ hic loqui phia: ſȝ nō eſt dicendum ꝙ ſcire fiat per reminiſcentiā ſed ſcientia de nouo acquirit̄ ꝑ intentionem vel doctrinā. verū eſt ꝙ intellectus noſter hȝ ſe in cognitionem p̄ncipiorū ꝑ q̄ virtute intellectus agētis ⁊ per doctrinaȝ deuenit̄ in cognitionē p̄ncipiatorū. vñ Lacōnēſis. j. poſteriorū dicens. Nō ſolū vox doctoris exteri⁹ ſonās: nec lr̄a viſa docet: ſȝ hec duo mouent ⁊ excitāt docentē. ſed ille verus doctor eſt qui mentem interi⁹ illuminat ⁊ veritatem oñdit.

¶ Metrum vndecimum libri tertij.

Quiſquis profunda mēte veſtigat verum
Cupitq; nullis ille deuijs falli:
In ſe reuoluat intimi lucem viſus:
Longoſq; in orbem cogat inflectes motus:
Animumq; doceat quicquid extra molitur:
Suis retruſum poſſidere theſauris
Dudum quod atra texit erroris nubes
Lucebit ipſo perſpicacius Phebo.
¶ Non omne namq; mente depulit lumen
Obliuioſam corpus inuehens molem:
Heret profecto ſemen introrſum veri:
Quod excitatur ventilante doctrina:
Nam cur rogati ſponte recta cenſetis:
Ni merſus alto viueret fomes corde?
Quod ſi platonis muſa perſonat verum:
Quod quiſq; diſcit immemor recordatur.

¶ Notādum aūt ꝙ ſicut ſanitas quādoq; cauſat̄ a p̄ncipio intrinſeco. ſ. a corde: quādoq; a p̄ncipio interiori ⁊ exteriori. puta a medico ⁊ corde: ſed nūq̄ȝ cauſat̄ a p̄ncipio exteriori: ſine interiori: ſic ſcientia qñq; acquirit̄ a p̄ncipio interiori puta ab intellectu agēte ſicut patet in habentib⁹ ſcientiā ꝑ inuentionem: quādoq; accipit̄ ab interiori ⁊ exteriori ſimul: ſicut a doctore ⁊ intellectu agente: nunq̄ȝ autem acquiritur a principio exteriori ſine interiori. Sciētia.

In ſe reuoluat ītimi lucē viſus. Pro noticia iſtorū habēda ſciat iuuenis auditor id qđ albert⁹ docuit ī ꝯpēdio li. j. ca. ij. data ē hoī ſciētia illuminās ītellectū ad cognoſcēdū deū ſuū ſeipȝ ⁊ mūdū q̇ fuerat fact⁹ ꝓpt̄ ipȝ accepitq; hō triplicē oculū ſcȝ oculū carnis q̇ videret mūdū: oculū rōnis q̇ videret animū ſuū: ⁊ oculū ꝯtēplatiōis quo videret deū: ⁊ ſic Raymū

oculo carnis videt hō que extra ſe ſunt oculo mētis q̄ intra ſe:ſed oculo ꝯtemplatiōis videt q̄ ſupra ſe ſunt. Ideo hūc triplicē oculū tāgit in lr̄a dicēs ꝙ ſi oculo cōtemplatiōis: veꝝ bonū (q̄ eſt deꝰ) volumus cognoſcere: debemꝰ oculū carnis.i.corpis in res exteriores dirigere nec ſtatim iudicare. Sed illas ad oculū mētis.i.ratiōis reuocare ⁊ facto rōnis examine id lucide patebit qđ longo temporis curſu nobis occultū fuerat. Un̄ ille orator pater Cicero ī paradoxis dicit nihil tā horridū tā incultum quin ſplendeſcat nihilq̨ tam incredibile quin dicendo fiat ꝓbabile.

Aſcenſiꝰ Quiſquis ꝓfunda ⁊c. Carmē monocolon eſt: ⁊ potiꝰ archilochiū iambicū trimetrum acatalecticum q̨ gliconicū cēſendū: habet tñ varios pedes vt ptꝫ metiēti. Q̄ ſi platonis muſa.i.diuina inuētio ⁊ bn̄dicendi copia ꝓſonat veꝝ. Nō dt veꝝ eſſe qđ platonē dixiſſe etiā Ariſto. aſſerit: ꝙ vr̄m videlꝫ addiſcere nō eſſet niſi quoddā reminiſci: ſed ſi veꝝ inquit ꝓſonat muſa.q.dicat poeticū inuitat ad aliud ītelligendū ꝑ hoc: licētioſe dictū. Et ita phia nō accedit opinioni: niſi quātū ad hoc ꝙ aīa rōnalis habeat in ſe quedā ꝑncipia ſciēdi q̄ ad ſcientiā in actu tanq̨ a priꝰ notis in ꝑncipijs ad nota iam actu veniat. Nihil hic obſcurum eſt.

¶ Quare concludendum eſt ꝙ nulla eſt rationalis creatura cui abſit libertas arbitrij que concluſio ponitur in quinto huius proſa ſecunda.

¶ Pro ſupradictorum notitia habenda iſta ſunt notanda.

Primo quid predeſtinatio.
Secundo quid preſcientia.
Tertio quid prouidentia.
Quarto quot modis capitur neceſſitas.
Demum reſpondere ad argumenta prius facta.

¶ Ad primum dico ꝙ predeſtinatio eſt eterna dei ordinatio de agēdis in tempore per gratiā eius. Et ſic predeſtinatio eſt reſpectu bonorum. Circa ſecundum dico ꝙ preſcientia eſt ſciētia nunqꝫ deficiens qua cuncta deus dignoſcit.

¶ Circa tertium dicimus ꝙ prouidentia eſt notitia procul a rebus infimis conſtituta ab excelſo reruꝫ cacumine cūcta proſpiciēs ⁊ nihil iſtarū rerū ꝓprietatē mutat vel iudicia cōfundit vel cōpellit.

¶ Circa quartum dicitur ꝙ duplex eſt neceſſitas ſcꝫ neceſſitas ſimplex ⁊ neceſſitas conditionis.

¶ Neceſſitas ſimplex eſt neceſſitas nature que eſt immutabilis ⁊ ineuitabilis vt homines eſſe mortales. Neceſſitas vero conditionis eſt neceſſitas contingens que mutabilis eſt ⁊ euitari poteſt vt hominem currere vel comedere.

¶ Iſte due neceſſitates ſic differunt:qr prima ſemꝑ eſt neceſſaria.i.anteqꝫ ſit:⁊ quando eſt:⁊ poſt.

¶ Scđa non eſt neceſſaria anteqꝫ ſit licet ſit neceſſaria qñ eſt ⁊ poſt:vt ptꝫ ꝑ exemplum hoīem eſſe mortalem eſt neceſſariū ante qñ:⁊ poſt. Sed hoīem currere nō eſt neceſſarium anteqꝫ currat licet ſit neceſſarium qñ currit:ipō em̄ currente neceſſarium eſt hanc eſſe verā homo currit que ante nō erat. Sed contingens cum poſſet currere ⁊ non currere:alia exempla vide in textu.

¶ Demū ad argumēta in oppoſitū facta reſpondet̃ ſic:q̄zuis q̄cq̄d p̄ſcitum eſt a deo neceſſario eueniat neceſſitate ſimplici q̄ eſt reſpectu creatoris:nos tñ neceſſitate cōditionata q̄ eſt reſpectu creature que poteſt mutare propoſitū.deus autem non mutat ſuam p̄ſcientiam. Et ſi dicas ſi poſſum mutare propoſitum nunquid dei preſcientia mutabitur.

¶ Ad hoc dr ꝙ nō.nā ſicut deus p̄ſcit te ſic facturū ita p̄ſcit te mutaturum ꝓpoſitū:nunqꝫ em̄ deus p̄ſcit res aliter qꝫ future ſunt.ideo nō mutat̃ eius p̄ſcientia:te mutante propoſitum.

¶ Ex iſto infero oīa correlaria prius facta eſſe falſa ⁊ heretica:quia preſupponūt falſum ſcꝫ omnia euenire neceſſario quacunqꝫ neceſſitate quod eſt falſum vt patet ex ſupradictis.

¶ Concluſio catholica hec reſultat ex iſto quinto que talis eſt.

¶ Manet intemerata hominibus arbitrij libertas faciendi bonum vel malum ratione cuius eternum vel gaudium vel ſupplicium merentur.

¶ Sequuntur determinata circa queſtiones crathonicas per eundem Raymun.p.

¶ Prima queſtio.

¶ Hec eſt prima queſtionum in prima ſemicirculi parte contentarum que duplicem habet titulum.

¶ Primus titulus hoc intendit. Utrum diuina natura poſſit humanam aſſumere:ideſt an creatura perſone diuine vniri poſſit. Hanc queſtionem tractant ſacre theologie doctores in tertio ſententiarum diſtinctione prima. Et dubium principaliter mouet gabriel in eadē diſtinctione articulo tertio arguitqꝫ quatuor medijs.

¶ Primo ſic. Oportet vnibilia adinuicē eſſe proportionata. Sꝫ finiti ad infinitū nulla eſt ꝓportio: oīs em̄ creatura finita eſt:pſone vero diuine ſunt infinite:ergo titulus eſt negatiue ſuſtinendus.

¶ Scđo ſic. Que minus diſtant(puta cōtraria)vniri nō poſſunt ergo neqꝫ q̄ magis diſtant ꝑ locū a maiori ad minus ſcꝫ. Si illud qđ magis videtur ineſſe nō ineſt neqꝫ illud quod minus.

¶ Tertio ſic. Quia vniri eſt pati ſed perſona diuina nō pōt pati ergo neqꝫ vniri.

¶ Quarto ſic. Quia que vniuntur fiunt vnū ſed impoſſibile eſt creaturam fieri vnum cuꝫ creatore: quia ſic creatura fieret creator ergo vt prius.

¶ Sed contrarium tenet fides catholica confirmata per illud ioannis primo.verbum caro factuꝫ eſt.ideſt filius dei factus eſt homo.

¶ Pro ſolutione queſtionis ponitur talis concluſio.

¶ Finitum poteſt vniri infinito.

¶ Ad primam improbationem dr̄ vnibilia eſſe proportionata poteſt intelligi dupliciter. vno modo q̃tum ad gradum perfectionis ita ꝙ vnum diſtet ab alio perfectionaliter ſm certum gradum proportionis vt ſit duplo vel triplo perfectius alio ⁊ ſic finiti ad infinitum nulla poteſt eſſe proportio.

¶ Alio modo poteſt intelligi aliqua eſſe proportionata quantum ad aliquam habitudinem .i. conuenientiam qua vnum poteſt dependere ad aliud vel aliquid recipere ab alio aut agere in aliud: et ſic infinita diſtantia perfectionaliter bene ſunt inuicem proportionata.

¶ Ad ſecundum dicit̃ ꝙ diſtantia vel indiſtantia perfectionalis nihil facit ad vnionem: immo frequenter q̃to aliqua plus diſtant tanto magis ſunt vnibilia: nam plus diſtat accidens a ſubſtantia q̃ ab accidente ⁊ tamē vnitur ſubſtantie ⁊ nō accidenti vt virtus vnitur anime non alteri accidenti

¶ Ad tertiū dicit̃ ꝙ natura vniri alteri nō eſt hanc fieri illā: ſed eſt hac dependere ad illā immo impoſſibile eſt quecūq; diſtincta realiter ſic vniri ſcʒ vt vnū fiat aliud: ſic eñ nec forma vnit̃ materie nec accidens ſubiecto vt notum eſt. Sed ſic intelliguntur diſtincta vniri ꝙ ex eis aliquid vnū conſtituit̃ vel per ſe vel per accidens ⁊ illo modo etiam ex verbo ⁊ natura humana conſtituit̃ vnum per ſe ſed quaſi per accidēs licet eñ nature humane nō ſit accidēs: verbi tñ accidentaliter vnitur verbo.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ vniri nō dicit paſſionē ſed aſſumi dicit paſſionē. Sed diuina natura non fuit aſſumpta ſed aſſumēs: humana vero dicit̃ aſſumpta. Quare vniri nō eſt pati reſpectu nature diuine que non fuit aſſumpta.

¶ Secundus titulꝰ eſt vtrū deꝰ cognoſcere vilia poſſit ⁊ hoc nobilitati ſue nō repugnet. videt̃ ꝙ nō nam dicit phs. xij. Metaphi. Primū principiū (quod eſt deus) extra ſe nihil intelligit. Sed vilia ſunt extra deum vt fides aſſerit: ergo deus vilia nō intelligit.

¶ In oppoſitum eſt diuus Boetiꝰ in .v. de cōſolatu phīa .ij. in fine dicēs q̄ tñ ille ab eterno cūcta proſpiciens prudentie cernit intuitus. Et ſubiūgit grecū qđ valet oīa videt ⁊ oīa audit.

¶ Pro ſolutione ponit̃ talis cōcluſio. Deus ab eterno cognouit oīa pñtialiter nec cognita aliquid perfectionis vel imperfectionis addūt ipſi deo.

¶ Ratio cōcluſionis eſt qm̄ vilitas cognitoꝝ in cognoſcentē nō redūdat p ſe licet aliqñ de per accidens hoc fiat: puta hō cognoſcens vitiū alterius in ſimili cadit: ⁊ hoc ideo contingit: qꝛ hō eſt ſuſceptibilis virtutis ⁊ vitij deus autem nō ſic.

¶ Ad argumētū dr̄ ꝙ pmū principiū extra ſe nihil intelligit qđ ſit cā pfectiōis vel impfectiōis in ipo.

¶ Pro ſecunda queſtione.

¶ Titulus queſtionis duplicem habet ſenſum. pmus eſt an angeli ſint corporei. Secundus eſt an anima vniatur corpori tanq̄ forma ſubſtātialis.

¶ Ad primū relictis argumētis dr̄ ſm theologos in ſcđo ſententiaꝝ. diſt. viij pcipue ſm durādum de ſancto porciano queſtione pma ⁊ eadē diſtinctiōe ꝙ angelos eſſe corpales intelligit̃ duobꝰ modis. vno mō ꝙ habeāt corpꝰ naturaliter ſibi vnitū ⁊ ſic titulus queſtionis eſt negatiue tenendus. Alio modo ꝙ habeāt corpora volūtarie ſumpta ⁊ hoc poteſt duobꝰ modis cōtingere: qꝛ vel aſſumūt illud corpus in vnitate perſone ſicut humanitas in xpo aſſumpta eſt: ſic ꝙ fuit vnita diuinitas humanitati in vnitate pſone conſtitute ex diuina ⁊ humana natura. ⁊ hoc modo nō poſſunt angeli aliqđ corpus aſſumere in vnitate pſone. Scđo vt mobile a motore ſumit̃. ⁊ ſic habēt aſſumere ex materia aeris humana corpora in quibus nobis apparēt per diuerſas figuras vel hominū vel mulieruʒ aliarūq; rerū. Et ſic dicimus cubos apparere mulieribꝰ ⁊ eas ſupponere: ſuccubosq; viris in ſpecie mulierum ſe ſupponere ad deceptionem viuentium in hoc mundo.

¶ Quantum ad ſecundum etiā relictis argumentis dicit̃ ꝙ q̃uis plato ⁊ ſui ſequaces dixerint animam corpori vniri vt nauta naui ⁊ nō facere vnum ſuppoſitum cū corpore: ariſtotelē inſequēdo dicimus animā tanq̄ formā ſubſtantialē corpori vnitam ⁊ facere vnum cū ipſo qui homo dicit̃.

¶ Pro tertia queſtione.

¶ Titulus queſtionis eſt iſte. An debeamus credere Ariſtoteli q̄ ſunt diſtinguit celū diuidēdo in orbes planetarū q̄ ſunt ſeptē ⁊ orbē ſtellarū q̄ vnus eſt ⁊ ſic ſolum octo celos ponit: vel credere debeamus legi Iudaice .i. moſayce q̄ diſtinguit celū tripliciter .i. vltra orbes planetarū triplicē ponit orbē ſcʒ celum ſtellarū: celū aqueum ſiue chriſtallinum: ⁊ celum empireum: ⁊ ſic ponit decem celos.

¶ Pro iſto notes ꝙ diuiſio ariſtotelis dicit̃ ſimplex partitio .i. duplex ex eo ꝙ vltra ſeptē orbes planetarum vnicum ponit celum: ⁊ ſic diuidit celum in orbem planetarum et ſtellarum.

¶ Iudaica diuiſio dr̄ trina ex eo ꝙ vltra ſeptē orbes planetarū tres ponit celos vt dictum eſt.

¶ Pro reſponſione queſtionis dicēdum eſt acquieſcēdū eſt trine diuiſioni moſayce. Sed ad Ariſtotelem dicēdum eſt ꝙ ipſe nō poſuit niſi octo celos ſcʒ ſeptē orbes planetarum ⁊ celū ſtellarum ex eo ꝙ celi nō cognoſcunt̃ a nobis niſi per ſuos motus neq; motus illoꝝ niſi per ſua luminaria nobis apparentia. Et qꝛ tantum ſunt octo celi habentes luminaria nobis apparentia. ideo ipſe Ariſtoteles ſolum iudicauit ſm id qđ experientia cognoſcere potuit quare tantum octo celos poſuit.

¶ Pro quarta queſtione.

¶ Pro noticia queſtionis quarte notandūʒ venit que extremitates dicant̃ ex ipſis in ipſis et ſigillatim. Pro quo dicimus illa dicunt̃ ex ipſis que ſunt continua. Sed in ipſis que ſunt cōtigua. Sigillatim vero que ſunt ſeparatim .i. nō cōtinua neq; contigua.

¶ Illa autem dicunt̃ cōtinua que ſunt entia vicina inter ſe cum quadā interpoſitione tamē termi-

nus.i.finis eſt idē vt aqua tarni eſt cōtinua aque garūne:qꝛ ad eundē tendūt terminū puta ad mare deorſum ⁊ ignis morſſaci eſt cōtinuus igni.mōtiſalbani.⁊ ſic dicit Ariſtoteles hūc mūdū latiōibꝰ ſuperioribus eſſe continuū.i.influentijs planetarū cōſonū ac ſubditū. Ex quo corpa inferiora illas patiuntur influentias quas planete in ipſa corpora immittunt.

¶ Et q̄ntū ad id igit̄ querit p̄mū punctū ſcꝫ an celi aliquā habeāt rem mediā inter ſe ⁊ tñ tendant ad vnū finem. Ad quod dicit̄ ꝙ nō:qꝛ nihil eſt inter celū ⁊ celū ſibi vicinū q̄uis inter nō vicinum ſit aliquid puta inter p̄mū ⁊ tertiū ponitur ſecundum:⁊ ſic de ceteris.

¶ Illa vero ſunt contigua q̄ ſunt vicina ſine aliqua interpoſitione tñ terminus non eſt idē vt aqua q̄ eſt in vitro eſt vitro ꝯtingua:qꝛ extremitas ipſius aq̄ tāgit extremitatē vitri tñ terminꝰ nō eſt idē.

¶ Quantū ad hoc igitur querit ſi celi ſint cōtingui.i.ſi celorum extremitates ſe tangūt inuicē ſine aliqua interpoſitione. Ad qđ reſpōdet̄ affirmatiue ꝙ ſunt contigui qꝛ extremitas p̄mi tāgit extremitatē ſecūdi ⁊ ſic de alijs. Nec valet quorundā argumētū q̄ dicūt ſcđm celū diſtare a p̄mo ſeptēpliciter. Nā hoc nō intelligitur in diſtantia locali ſic ꝙ extremitas vnius nō attingat extremitatem alterius:qꝛ ſic vacuū eſſet inter celū ⁊ celū. Sed id debet intelligi in denſitate celi ita quod a termino p̄mi vſqꝫ ad terminū ſecundi eſt diſtantia in denſitate reſpectu termini alterius ſic quod vnum eſt magis denſum alio.

¶ Illa aūt ſunt ſigillatim quorū qđlibet per ſe eſt ſic ꝙ vnum eſt cauſa alterius nec extrema ſe tangūt ⁊ ſic dicimꝰ ꝙ aqua ⁊ ignis ſunt ſigillatim qꝛ vnū nō eſt cauſa alterius nec extremitas vniꝰ tangit extremitatem alterius. ¶ Si iudarce.

¶ Iſta eſt ſcđa pars queſtionis qua querit̄ cū celū tam planetarū q̄ ſtellarū ab Ariſtotele traditꝫ moueat̄ ſm̄ partes qđ patet ex eo qꝛ luminaria in celo fixa nunc in oriente nunc in occidente vident̄ quare totum celum non mouetur.

¶ Ad hoc quidē dicendū eſt ꝙ ſi celum ſm̄ ſe totū moueret̄ relinqueret locū vacuū a quo moueret̄ Sed cauſa eſt cur ſm̄ partes nō ſm̄ ſe totum qꝛ mouetur motu circulari ⁊ non locali.

¶ Pro quo notes ꝙ duplex eſt motus ſcꝫ localis ⁊ circularis.motus localis eſt progreſſio alicuiꝰ totius de aliquo loco in aliū locū vt ſortes q̄ nūc domi eſt ꝓgrediendo ad eccl'iam habet motū localem Sed motus circularis đr motus partis ꝓgredientis de loco ad locū,vt eſt motus partiū mole mote ab axe q̄ mola mouet̄ ſm̄ partes ex eo ꝙ pars q̄ nūc verſus dextrā eſt nunc verſus ſiniſtrā nec tamē mouetur ſm̄ ſe totam cū ſemper maneat in eodem loco quare ptꝫ ſolutio queſtionis ſcꝫ celū nō mouet̄ ſm̄ ſe totū:qꝛ nō mouetur motu locali:tñ mouetur ſm̄ partes qꝛ mouetur motu circulari.

## ¶ Pro quinta queſtione.

¶ Titulus queſtionis hoc habet. Quare vnū elemētoꝝ in aliud ſibi contrarium mutari poteſt.

¶ Pro queſtionis noticia quatuor ſeriatim ſunt videnda.p̄mū quod elementū:inde quot ſunt elementa.tertio qualitates elementorum.demum que ſunt ſimbola ⁊ diſſimbola.

¶ Primo dicendū eſt ꝙ elemētū eſt yle.i.p̄ncipiū omniū elementatoꝝ. Et đr ab ylen qđ eſt materia qꝛ eſt principium materiale omnium elementorum.

¶ Secundo dico elementa ſunt quatuor ſcilicet ignis:aer:aqua:⁊terra.

¶ Ignis eſt elementū lucidū ⁊ calidū cōſumptiuū atqꝫ cōmutatiuū rerū ſibi approximatarum.

¶ Aer eſt elementū calidū ⁊ humidū ſubtile:mobile:⁊ diaphanum caloris cordis tēperatiuum ⁊ locus impreſſionum. Sed diaphanū eſt omne illud per qđ poteſt fieri viſio.vt aer:aqua:vitrum.⁊c.

¶ Aqua eſt elementū frigidum ⁊ humidum omnibus cōe diaphanū cordis purgatiuū ad ſui principium reductiuum.

¶ Terra eſt elementū infimū:frigidū:⁊ ſiccū rotundum alijs elementis circundatum.

¶ Tertio dico quatuor ſunt q̄litates p̄me elementoꝝ ſcꝫ calidū:frigidū:humidū:⁊ ſiccū ⁊ qđlibet elementoꝝ hꝫ duas.nā ignis eſt calidus ⁊ ſiccus in caliditate conuenit cū aere.in ſiccitate cū terra.

¶ Aer eſt humidus ⁊ calidus in humiditate cōuenit cū aqua:in caliditate cum igne.

¶ Aqua eſt frigida ⁊ humida.in frigiditate cōuenit cum terra:in humiditate cū aere.

¶ Terra eſt frigida ⁊ ſicca:in frigiditate cōuenit cum aqua.in ſiccitate cum igne.

¶ Pro quarto đr ꝙ elementa ſunt duplicia.ſ.ſimbola ⁊ diſſimbola.

¶ Diſſimbola ſunt q̄ in nulla q̄litate cōueniūt vt ignis ⁊ aqua ex vno latere.terra ⁊ aer ex alio.

¶ Et trāſmutatio iſtoꝝ inter ſe eſt difficilis:nā aqua nō pōt in ignē mutari niſi mediante aere.p̄ꝰ eñ aqua in aerē mutat̄ inde aer in ignē. Silr̄ terra in aerē mediāte aqua ex quo talia in nulla q̄litate cōueniūt mutari inter ſe nō poſſunt niſi mediāte alio quare eoꝝ trāſmutatio đr difficilis.

¶ Elemēta ꝟo ſimbola ſunt q̄ in aliqua qualitate cōueniūt:vt aqua cū aere in humiditate vt dictū eſt in tertio puncto ⁊ iſtorum eſt facilis tranſmutatio.

¶ Ad q̄ōnē igit̄ đr q̄re elemēta mutant̄ inter ſe.hoc eñ eſt rōne ꝯueniētie q̄litatū inter ſe q̄ cōueniētia aliq̄ñ eſt immediata vt inter elemēta ſimbola vel mediata vt inter elemēta diſſimbola:nā facile aer in aquā mutat̄.Sꝫ difficile aqua i ignē cū p̄ꝰ aqua i aerē cōuertat̄ inde aer i ignē ⁊ ſic de alijs.

## ¶ An eadem ſint.

¶ Titulus q̄ōnis hoc hꝫ.vtrū facta trāſmutatione vnius elemēti in aliud ſit idem quod prius erat

¶ Ad queſtionem reſpondetur vt in gloſa predicte queſtionis figura ſubiungit̄ ad cognoſcēdū ſimboliſationem vel diſſimboliſationem elementorum.




¶ Pro ſexta queſtione.

¶ Titulus queſtiōis hoc habet. quare ignis nō capit frigiditatē aque ſicut aqua caliditatē ignis.

¶ Reſpōdetur qꝛ ignis eſt maioris actiuitatis q̄ȝ aqua ⁊ vehemētius agit q̄ȝ alia elemēta potiuſq; qꝛ cōſumit ſibi cōiuncta q̄ȝ alia elemēta quare agit in alia. Alia ꝟo nō agūt in ipm̄ quare nō recipit frigiditatem aque: qꝛ debilius nō agit in fortius ſed econtra.

¶ Pro ſeptima queſtione.

¶ Queſtio hec triplicē habet titulum. Primus eſt. An antipodes ſint. Secundus vnde ꝓceſſerūt. Tertius vtrū aliqua via ꝓgrediēdi ad ipos ſit ⁊ q̄ eſt illa. Pro p̄mo reſpōdetur vt in gloſa. Et vltra dicit Auguſtinus negando antipodes eſſe in libro decimo ſexto de ciuitate dei vbi dꝛ: q̄ vero ⁊ antipodes eſſe fabulantur. i. hoīes contraria parte vbi ſol oritur qn̄ occidit nobis aduerſa pedibus noſtris calcare veſtigia nulla ratione credendum eſt.

¶ Quantum ad ſecundam ⁊ tertiam partem vide gloſam commentatoris. Unum tamen ſupereſt videndum ſcȝ quid per zonam in propoſito intelligatur.

¶ Ad qd̄ dicitur per zonam noſtram debere intelligi hemiſperiū. vnde hemiſperium eſt heſpere dimidium id eſt media heſpera. heſpera vero eſt tota mundi machina.

¶ In ſecunda parte ſemicirculi ſequētes erant queſtiōes ante quas dicit quatuor cōtineri ſcilicet zodiaci latitudinem circulorum qualitatem colurorum terminos ⁊ forme mundialis q̄titatem: que per ordinem videnda ſunt.

¶ Quantum ad primum dicitur qꝙ zodiacus eſt circulus in heſphera interſecans equinoctium. i. diuidēs in duas partes quarꝫ vna declinat ꝟſus ſeptētrionē: ⁊ alia verſus auſtruȝ. In quo ſunt. xij. ſigna ſcȝ Aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo: libra: ſcorpius: architenēs (. i. ſagittari⁹) caper amphora. i. aquarius: piſcis. Et dicitur zodiacus a zoy quod eſt vita. Nam ex motu planetarum in ipo zodiaco vitam tribuit inferioribus. Uel dicitur zodiacus a zodias quod eſt animal: qꝛ ibi ſunt duodecim ſigna ad modum. 12. animalium.

¶ Quantum ad ſcd̄m dꝛ qꝙ qualitas circulorum dꝛ mot⁹ orbiū. i. celoꝝ q̇ eſt vniformis reſpectu p̄mi mobilis: tm̄ eſt diuerſus reſpectu orbiū planetaꝝ qꝛ q̄libet iſtoꝝ ſuū motū hȝ ꝑticularem. Nā alio motu mouetur ſaturnus q̄ȝ alij planete cum curſum ſuū agat per. 30. annos: alij vero non.

Motus planetarum his verſibus continetur.
Luna ſuos curſus vno fert menſe triformis.
Quos venus ⁊ titan vno ⁊ cillenius anno:
Mars ſibi tres carpit deflexis axibus orbes.
Uoluit ⁊ architenens annis duo ſydera denis.
Saturnus magnis triginta labitur annis.

¶ Quantum ad tertium in quo videndum erat qui ſunt colurorum termini. Dico quid coluri.

¶ Unde coluri ſunt duo circuli imperfecti in heſphera ad formā caude bouis deſcripti quantū ad noſtram apparentiam dicitur notanter quantum ad noſtram apparentiam: qm̄ in ſua eſſentia ſunt perfecti nō tñ quantum ad viſum noſtrum videtur ꝑfecti ex eo: qꝛ ſolum vna eorum medietas nobis apparet: alia vero occultatur.
¶ Dicitur etiam ſupra ad formā caude bouis. nam cauda bouis eleuata non facit perfectū circulū ex quo vna extremitatū non terminatur ad aliam ẜm idem punctum.
¶ Quare dicitur colurus a colon qđ eſt membrum ⁊ huros bos ſilueſtris: qꝛ ad formā caude bouis ſilueſtris eſt deſcriptus apparenter.
¶ Quantum ad quartum videndum eſt que ſit quātitatis totius forme mundialis.
¶ Ad hoc dicitur ꝙ tota forma mundialis cōſiſtit in duobꝰ: ſcꝫ in forma celeſti ⁊ elemētali ⁊ hoc ẜm Thomam. Nam mundus eſt cōſtitutio ex celo ⁊ terra ⁊ naturis que in eis ſunt.
¶ Sed quantitas terre tota ⁊ ambitus autoritate Ambroſij Macrobij Theodoſij ⁊ Euriſthenis philoſophoꝝ. 1 25 2000 ſtadia cōtinere dꝛ q̄ ſunt. 31 500. miliaria romana que ſunt. 1 8750. leuce. Nam. 1 2 5. paſſus dant ſtadium. 8. ſtadia miliare. 2. miliaria leucā faciunt.

¶ Secunda queſtio ſecunde partis.

¶ Hec ſecunda queſtio querit vtrum ſtelle immobiliter locate in octauo celo eundē habeāt motum cum planetis vel diuerſum.
¶ Pro iſto quatuor ſunt videnda. primum cum dicat ſeuerinus in celo ſuperiori.
¶ Queritur an celum ſtellaꝝ qđ octauum dicitur: dicatur celum ſuperius ⁊ videtur ꝙ nō. Nā ſupra ipſum ſunt alii duo celi: ſcꝫ celū criſtallinū ⁊ celum empireum. Illud vero nō eſt ſuperiꝰ ſupra quod aliud eſt vel plura ſunt. Sed ſupra ipm̄ celū octauū ſunt alij duo: ergo ipm̄ nō eſt ſuperius.
¶ In oppoſitum eſt queſtio preſen s cum determinatione aliquorum.
¶ Ad predicta dꝛ ꝙ dupliciter pōt intelligi celū octauum eſſe ſuperius.
¶ Primo ẜm rei veritatē ſic ꝙ nullū aliud celum ſit ſupra ipm̄ ⁊ hoc eſt falſum:
¶ Alio mō q̄ꝫtum ad noſtrā apparentiā ⁊ hoc eſt verū. nā nullum aliud nobis apparet ſupra ipſum Ex quo vt dictum eſt ſuperi celi nō cognoſcuntur niſi per ſua luminaria ⁊c.
¶ Quantum ad ſecundū vidēduꝫ eſt q̇d ſtella vñ ſtella eſt luminare in octauo celo fixum motu celi motum nullum habens proprium.
¶ Quantum ad tertiū videndum eſt q̇d planeta: vñ planeta eſt luminare erraticū per diuerſos orbes motū. Et dꝛ motus planetarum erraticus ex eo ꝙ in diuerſis orbibus fixi diuerſos habēt motus contrarios primo nobili.
¶ Quantum ad quartum igiꝛ vidēdum eſt qūo differunt planeta ⁊ ſtella ⁊ dꝛ ꝙ differunt in tribus: ſcilicet in ſitu numero ⁊ motu.
¶ Primo in ſitu qꝛ oēs ſtelle ſunt in octauo celo locate ⁊ quilibet planetaꝝ habet ſuū celum.
¶ In nūero ēt qꝛ ſtelle ſunt ſub incerto nūero. planete ꝟo certū hn̄t nūeꝝ qꝛ ſeptē ⁊ nō plures ſunt.
¶ In motu etiā differūt qꝛ oēs ſtelle eundē habēt motū cū moueanꝛ ab eodē orbe planete vero diuerſum habēt motū cū moueanꝛ motu diuerſorum orbium. Ex p̄dictis facilis reſultat queſtionis reſponſio ſcꝫ negatiua dicendo ꝙ ſtelle ſunt immobiliter locate in celo ſuperiori non habētes motum diuerſum ad modum planetarum.

¶ Pro tertia queſtione.

¶ Titulus tertie queſtionis hoc habet. Utruꝫ comete ſint ſtelle vel planete vel ſint generati in aere ſicut alie impreſſiones ita ꝙ poſt modū reſoluātur in materiam primam.
¶ Pro iſto tria ſunt videnda. Primo quid cometa.
¶ Uñ cometa ſcđm thomā eſt vapor inflāmatꝰ a vicinitate ignis q̇ comas luminis fundit
¶ Scatus ꝟo dicit ꝙ cometa eſt vapor terreꝰ frigidꝰ ⁊ groſſos paulatim aſcēdens ab inferiori p̄te eſtus vſqꝫ ad ſuperiorē eiuſdē donec cōcauitatē ignis attingat ⁊ ibi diffuſus ⁊ inflāmatꝰ cōſiſtit. duratqꝫ cometa q̄ꝫdiu euaporat ad ipm̄ ſuis theſaurus ſcꝫ vapor terreus.
¶ Triplex autem cometa dꝛ ſcꝫ comatus barbatus ⁊ caudatus.
¶ Cometa caudatꝰ eſt q̇ verſus aliquā p̄tē hꝫ caudā ad modū lancee denotans bellum gerendum.
¶ Cometa comatus eſt q̇ comas luminis fundit terre ſterilitatem denotās.
¶ Cometa barbatus eſt q̇ deorſum barbā hꝫ corpoꝝ infirmitatem denotans.
¶ Ex predictis pꝫ ſolutio queſtionis ſcꝫ cometā nō eſſe planetā neqꝫ ſtellā. Sꝫ vaporē inflāmatum durantē q̄ꝫdiu euaporat ad ipm̄ ſuus theſaurus poſtmodū in priſtinā materiā reuerſurum.

¶ Pro quarta queſtione.

¶ Hec queſtio vnicū hꝫ titulū p̄ncipalem ad quē multi ſequūtur minus principales.
¶ Principalis eſt vtrū creature inferiores quatuor elemētoꝝ qualitates participātes ſcꝫ. calidum frigidum humidum ⁊ ſiccū patianꝛ defectū vel ſuperabundādiā membroꝝ ex influentia planetarū vel parentum ſemine aut quouis alio.
¶ Ad hunc titulum rñdetur ſufficienter in cōmentario cuiꝰ ſententia ſub paucis eſt iſta.
¶ Principium eſt triplex in complexionatis rebꝰ ſcꝫ p̄ncipale ſeu effectiuū inſtrumētale ſiue mediū ⁊ ſeminale ſeu generatiuum.
¶ Principiū principale ſeu effectiū oīm reꝝ eſt deus q̇ non concurrentibus alijs poteſt producere

effectum in ſuo eſſe ⁊ eclipſim ſiue ſuperabundantiã patiente iuxta illud quicquid poteſt prima cauſa cum ſecunda poteſt prima per ſe ſola.
¶ Principiũ inſtrumẽtale dr̃ influentia planetarũ qui operante primo principio influit rebus inferioribus de quo phũs in primo metheororũ dicit neceſſe eſt hunc mundũ inferiorem lationibus ſuperioribus eſſe cõtinuum vt inde tota eius virtus gubernetur.
¶ Principium ſeminale dicitur ſemen parentum in propoſito quod nihil agere poteſt in productione rei abſ alijs duobus.
¶ Reſultat igitur ſolutio queſiti ſcʒ talis defectus ſeu ſuperabundantia in cõplexiõatis cauſatᷣ ex ſolo primo principio aliquando nõ cõcurrentibus alijs: aliquando vero ex alijs duobus vel aliquo illorum concurrente primo.
¶ Ex iſto titulo principali ſequuntur aliqui minus principales. Primus eſt. Si influẽtia planetarũ imponat neceſſitatem inferioribus rebus vt tales patiantur defectus.
¶ Ad hoc dicitur ꝙ ſic cõcurrente prima cauſa ⁊ medijs ad hoc requiſitis.
¶ Secundus titulus minus principalis eſt iſte. Si defectus iſte ex ſemine procedat quare genitum aliquando patri: aliquando matri: aliquando autem vtrin ſm diuerſa membra ⁊ nonnun neutri iſtorum aſſimilatur.
¶ Ad hoc dicitur ꝙ hoc tripliciter contingere põt vt ſupradictũ eſt: ſcʒ vel ex primo principio. Põt eñ deus producere creaturam abſ operatione creaturarũ ad formã ⁊ qualitatẽ ſibi gratã: vt dei opera manifeſtentur. Uel hoc contingit ex ſecundo principio ⁊ ſic quando genitũ ⁊ generans ſub eodem planeta concipiuntur vel naſcuntur: tunc aſſimilantur ⁊ econtra.
¶ Tertio vero hoc contingit ex principio ſeminali ⁊ ſic aliquando magis operatur vnum generãtium ꝙ̃ aliud quare genitum magis vni ꝙ̃ alteri aſſimilatur.

¶ Pro quinta queſtione.

¶ Titulus queſtionis duo petit. Primo que ſit cõuenientia motus vni⁹ planete ad motũ alterius.
¶ Pro quo ſufficit diffinitio proportionis in commentario data cum illis que dicta ſunt in prima q̃ſtione ſecunde partis circuli vbi dicebatur luna ſuos curſus.
¶ Secundo petit quis ſit ordo planetarũ. Ad qð reſponde per verſiculum in cõmentario cõtentũ.
¶ Octo ſunt eſphere quas ſic poteris retinere. Celum ſtellatum ſaturnus iupiter ⁊ mars: Sol venus ⁊ mercu. vltima luna ſubeſt quod intelligas in deſcendendo.

¶ Pro ſexta queſtione.

¶ Titulus queſtionis hoc habet. Utrũ benignitas vni⁹ planete poſſit tardare malignitatẽ alterius
¶ Pro noticia q̃ſiti notes duos eſſe planetas ſcʒ maliuolos. i. inimicos nature: ſʒ ſaturnũ ⁊ martẽ.
¶ Item tres beniuolos. ſcʒ iouem. ſolem. ⁊ venerem.
¶ Duoſ mediocres ſcʒ mercurium: ⁊ lunã: qui in aliquo gradu beniuoli ſunt vt luna in aſcendendo in alio vero maliuoli.
¶ Ad queſtionem reſpondetur negatiue ſcilicet ꝙ benignitas vnius non poteſt retardare malignitatem alterius ⁊ hoc propter duo.
¶ Primo q̃ malignitas eſt in maiori portione ꝙ̃ benignitas vt videmus ꝙ maximus ignis parua aqua ſuffocari non poteſt.
¶ Scðo q̃ malignitas eſt maioris actiuitatis ꝙ̃ ſit benignitas. Et hoc videm⁹ per exẽplũ ꝙ modicũ vinũ corruptũ corrumpit maximũ ſibi iunctũ. tñ malignitas bene impedit benignitatẽ alterius.

¶ Pro ſeptima queſtione.

¶ Titulus hoc hʒ. Cũ corus ſit vẽtus frigidus ⁊ ſiccus rõne regionis a qua oritur q̃ dicitur inhabitabilis propter nimiã frigiditatẽ ⁊ ſiccitatẽ. Quare apparet cõtrarius: ſcilicet calidus ⁊ humidus.
¶ Ad hoc dr̃ ꝙ q̃uis ita ſit tñ accidẽtaliter recipit humiditatem trãſeundo per maria vbi repperit humiditatẽ ⁊ vapores aqueos quos ſecum trahit. Et idẽ ventus recipit accidentaliter caliditatẽ a regione calida circa meridiẽ per quam tranſit quare nobis calidus ⁊ humidus apparet.

¶ Pro octaua queſtione.

¶ Notes que dicta ſunt in quinta queſtione prime partis puncto quarto. Nã cauſa coniunctionis elementorũ eſt conuenientia qualitatũ illorũ: ⁊ illud eſt cauſa coniunctionis quod eſt cauſa trãſmutationis. vide illic.

¶ Pro nona queſtione.

¶ Titulus q̃ōnis duo querit. Primũ quis ſit meatus ſolis ⁊ lune. ſecundũ q̃ ſit influentia iſtorum.
¶ Pro noticia duo veniũt notãda. Primo q̃d ſol ⁊ q̃d luna. Scðo q̃s meatus ⁊ q̃ ſit eorũ influẽtia.
¶ Pro primo dico ꝙ ſol eſt planeta calidus ⁊ lucidus ſolus per ſe lucens planetarũ medius. Calidus dicitur effectiue.
¶ Luna eſt planeta noctis illuminatiuus ſui luminis mutatiuus augmẽti ⁊ decremẽti paſſiu⁹ planetarũ infimus. Et dr̃ luna quaſi luce lucens aliena. Dr̃ augmẽti ⁊ decremẽti paſſiuus q̃tũ ad noſtram apparentiã: nõ aũt q̃tum ad ſuam ſubſtantiam. Pro ſcðo vide cõmentaria ſancti thome.

¶ Prima queſtio tertie partis ſemicirculi.

¶ Titulus hoc habet. Unde generatᷣ terremotus. Pro cuius noticia eſt notandũ ꝙ terremotus eſt duplex ſcilicet vniuerſalis ⁊ particularis.
¶ Terremotus vniuerſalis eſt cõmotio totius terre ⁊ iſte nõ poteſt fieri naturaliter. Nã nõ poſſunt

tante exhalationes includi in terra naturaliter que poſſint totam cõmouere terram. Sed iſte terre
motus ab omnipotente cauſatur ad denotanda ſumma myſteria vt in paſſione et reſurrectione chri
ſti fuit: eritq; in futuro iudicio.

¶ Alius eſt terremotus particularis q̃ non eſt cõmotio totius terre ſed alicuius partis illius: et iſte
eſt naturalis qui a phiſicis ſic diffinitur. Terremotus eſt tremor factus in terra propter calidã et ſic-
cam exalationem in terra percluſam exitumq; petentem.

¶ Secunda queſtio.

¶ Titulus q̃onis hoc habet. Unde generatur fulgur et que ſit cauſa quare ignis in aere apparet.

¶ Pro ſolutione cuius. Nota diffinitionẽ in cõmentario: et quid coruſcatio et fulmen.

¶ Un̄ coruſcatio ẽ apparitio ſubita vapor̄ ſubtilis iſlãmati euaneſcẽtis ĩ aere ſine deſcẽſu ad terrã.

¶ Fulgur vero eſt ignis ſubtilis gratioſior tñ coruſcatione ad terram deſcendens herbas atq; res
molles cremans et penetrans.

¶ Fulmen vero eſt vapor ignitus cõpactus calidus impetuoſe cadens maioris vis q̃ fulgur: per-
cutit enim violenter quod tangit: penetrat: vrit: diuidit et ſcindit et nihil corporale ei reſiſtit.

¶ Tertia queſtio.

¶ Titulus queſtionis intendit. Quare aliquibus temporibus mare in vndis abundat. Aliis vero
pacificum eſt.

¶ Ad hoc reſpondet ſummarie q̃ triplex maris inundatio trino gignit mõ ſcz aquarũ abundãtia:
ventorũ violẽtia. lune q̃z influentia: et vltima quotidiana.

¶ Quarta queſtio.

¶ Titulus q̃onis hoc intendit. Quare mare eſt ſalſum. Ad titulũ rñdetur q̃ ſalſedo maris reſultat
ex ſicco terreſtri et humido cõcurrentibus radiis ſolaribus.

¶ Queſtio quinta.

¶ Titulus q̃onis hoc hz. Que eſt cã quare aliq̃ aues recedũt a nobis tpe eſtatis vt roſtribece. Alie
vero eodẽ tpe aduenîũt vt curruca alias cuculus et yrundines: hyeme vero recedũt. Alie vero quo
cunq; tempore inter nos viuunt vt coruus.

¶ Ad q̃onis titulũ paucis ſub verbis rñdet q̃ cauſa cohabitatiõis vel receſſus auium eſt naturalis
cõplexio earũ. vt notare potes ex cõmentariis. Nã cauſa auiũ q̃ eſtatis tpe nobiſcũ manẽt et hyeme
diſcedũt eſt q̃ tales ſunt ex cõplexione frigida q̃re appetũt regiões calidas tpe hyemali vt cõſeruẽ
tur et ecõtra de aliis q̃ hyeme aduenîũt. Tertie vero dicunt bñ cõplexionate quare omni tpe cõſeruã
tur in eadem regione.

¶ Sexta queſtio.

¶ Titulus queſtionis hoc habet. Que eſt cauſa generationis et rotunditatis grandinis.

¶ Quantũ ad primũ dr̃ q̃ grãdo eſt impreſſio vaporis calidi et humidi in media regione aeris vtu
te frigoris cogelati. Quantũ ad ſcðm dicit Albertus q̃ grando de directo nõ eſt rotunda. ſed in for
ma lentis cõpoſita. Sed quare ſit rotũda dicit q̃ calor regiõis per quã tranſit reſcindit partes ſup
fluas et eminentes. Sed aliq̃n eſt tantus impetus et tanta materie ſupfluitas q̃ reſcindi nõ põt ſed
cadit in diuerſas figuras puta latas: longas: quadratas: triangulares vel penthagonas.

¶ Sed reſtat videre quomodo dignoſcitur nubes vbi grãdo generatur.

¶ Ad quod dicitur quinq; ſunt nubiũ diuerſitates ſcz nigra: alba: griſea: viridis et rubea.

¶ Alba materia non abundat ſolis radiis locum dat quare non eſt timenda.

¶ Nigra vero materia abundat ſz radiis ſolis locũ nõ dat quare nõ timẽda. griſea materia abũdat
radiis ſolis locũ dat q̃re ad regionẽ impreſſionũ ſe leuat: ideo grandinẽ generat. Uiridis vero mate
ria abundat fulminaq; gñat omniq; peſſima maxime ſi ſit ſibi griſea iuncta. Rubea vero p ſe nõ eſt
timenda. ſed ſi ſit griſea viridiq; cõmixta peſſima.

¶ Septima queſtio.

¶ Titulus queſtionis hoc habet. que eſt cauſa quare nix non eſt rotũda ſicut grando ſed dulciter ca
dit admodum lane extenſa.

¶ Cauſa dubitationis eſt in promptu cum nix et grando generentur ex ſimili materia.

¶ Pro ſolutiõe videndũ eſt q̃d ſit nix. Et dicit q̃ nix eſt vapor calidus et humidus in principio ſcðe
regiõis virtute frigoris cõgelatus. Ex qua diffinitiõe habet ſolutio q̃onis ſcz q̃ cauſa iſtius eſt diuer
ſitas locor̃ in quibus locis fit impreſſio. Nã grãdo generat in media regiõe aeris vt dictũ eſt. Nix vero
in principio ſcðe regiõis vbi nõ eſt tãta virtus cõpreſſiõis ſicut in media et hoc pcedit ex eo q̃ radii
ſolares hyemali tpe ñ pñt ita vapores eleuare vt ptigãt mediũ ſcðe regiõis ſicut faciũt tpe eſtiuali.

¶ Octaua queſtio.

¶ Titulus q̃onis hoc hz. q̃ ſit nebule potentia. i. quõ nebula gñatur et in pluuiã conuertitur.

¶ Pro quo notes diffinitionẽ nebule in cõmentario poſitam. Eſt enim nebula impreſſio facta ex re
ſolutione nubium reſolutarum in aquam pluuialem.

¶ Nona queſtio.

¶ Titulus queſtionis hoc habet. vtrum virtus lapidum precioſor̃ ſcz vel attractiua vel purgatiua
ſiue conſeruatiua procedat ex materia ex qua geniti ſunt vel ex complexione. i. ex influẽtia planeta
rum concurrentium ad generationem eorum.

¶ Pro quo collige ex gloſa q̃ lapides illi generantur et materia terre et aque cõcurrẽte influẽtia ali
cuius planete q̃re poſſunt abũdare magis in vna materia q̃ in alia. Et vnus ſub vna influẽtia alius

ſub alia quare virtus lapidum dicitur eſſe diuerſa. ¶ Decima queſtio.
¶ Titulus queſtionis habet tanq̃ queſtionē deciſam ab alia. Utrū virt⁹ attractiua ipſius adamātis cauſetur virtute rerum cōcurrentium ad eius generationem vt dictum eſt vel cauſetur ex approximatione alicuius obiecti.
¶ Ad hoc dī q̄ illa virtus ex duob⁹ ſimul ꝓcedit ſcʒ ex cōponētibus ⁊ debita approximatiōe. Sicut videm⁹ naturaliter q̄ potētia viſiua pōt cauſare obiecti noticiā niſi ſit debita obiecti approximatio.
¶ Undecima queſtio.
¶ Titulus hoc habet. que eſt cauſa quare pluuia dulcis eſt dulciterq̃ʒ cadens.
¶ Pro quo notes quid ſit pluuia. Et dicit q̄ pluuia eſt aqua ex nubibus guttatim deſcendens velocitatem habens in deſcenſu. Alia ex cōmētario habere potes.
¶ Duodecima queſtio.
¶ Titulus queſtionis hoc habet: quare aqua putei vel fontis tpe hyemali eſt calida (ſaltē parū frigiditatis habet) tpe vero eſtiuali multum frigiditatis habet. parūq̃ʒ caliditatis vel nihil.
¶ Pro queſtionis ſolutione. Notes q̄ triplex eſt genus aquarū vt ad ꝓpoſitū ſufficit. Nam aliqua eſt aqua que ſemꝑ calida apparet vt aliqua aqua ab aliq̄bus mōtib⁹ ꝓgrediens. Et cauſa eſt: q: illa aqua ꝓgredit̃ a ſecunda cruſta terre que omni tempore calida eſt: quare aqua inde ꝓgrediēs vel illa pertranſiens accidentalem recipit caliditatem ab illa terra.
¶ Alia eſt aqua que tpis qualitatē ſequit̃ puta tpe hyemali eſt frigida eſtiuali vero calida vt aqua fluminū vel ſtagnoꝝ. Et cauſa eſt: q: illa aqua eſt ſuꝑ terrā aeri cōiūcta: ideo aeris qualitatē ſeq̄t̃.
¶ Tertia ꝙo aliquo tpe frigida aliōq̃ʒ calida eſt vt aqua puteoꝝ ⁊ fontiū de qua ē pñs q̄ſtio. Et cauſa eſt q: fontes ⁊ putei ſunt in ſuperiori cruſta terre q̃ tpe eſtiuali eſt frigida ꝓpter antipariſthaſim.
¶ Eſt autē antipariſthaſis illud per q̄d vbi calidū eſt: inde frigidū recedit ⁊ econtra vbi frigiduʒ eſt inde calor expellitur per contrariam qualitatē aduenientē. Pro quo notes terrā habere duas cruſtas ſcʒ inferiorē q̃ eſt calida ⁊ ſuperioreʒ q̃ aliqñ eſt frigida ſcʒ tpe eſtiuali ex eo q̄ calor ſolis caſſat ⁊ expellit frigiditatē ab aere que cōcludit̃ in ea cruſta ſuperiori rōne cuius aque fontiū ⁊ puteorum tempore illo ſunt frigide ex quo fontes ⁊ putei ſunt in ea cruſtra ſuperiori.
¶ Tēpore vero hyemali illa frigiditas a caliditate cruſte inferioris caſſat̃ nec reuerberat̃ a ſole cuʒ ſol tūc ſit elōgatus a noſtro hemiſperio quare frigiditas exit ab illa ſuperiori cruſtra ⁊ caliditas illic dñat̃ ideo aque fontiū ⁊ puteorū ſunt illo tēpore calide. ¶ Tertiadecima queſtio.
¶ Titulus hoc hʒ. q̃ eſt cauſa triplicis viſiōis. i. quare aliqui acute alij acuti⁹ alij acutiſſime vidēt.
¶ Ad quam queſtionem ſufficienter reſpondetur in commentario.
¶ Quartadecima ⁊ vltima omnium queſtionum in circulo contentarum.
¶ Queſtionis titulus hoc querit. que eſt cauſa quare colores videntur.
¶ Cauſa queſiti in prōptu: q: diuerſitas noticie ipſorū colorū a nobis cauſat̃. Nā videmus q̄ noticiā aliquoꝝ coloꝝ cauſam⁹ i die nō i nocte ⁊ ecōtra vt ī noctiluca q̃ nocte ignis colorē hʒ die ꝙo nō.
¶ Pro ſolutione tria veniunt notanda.
¶ Primum quid eſt color.
¶ Ad q̄d dī color ē extremitas corpis pſpicui ī corpe terminato vt hʒ phs ī pmo de ſenſu ⁊ ſenſato.
¶ Quātū ad ſcd̄ʒ vidēdū ē q̃tuplex ē color. Ad qñ rñdet̃. Color ē duplex. ſ. ꝓprie dict⁹ ⁊ ip̄ropē dict⁹.
¶ Color proprie dictus eſt qui vnicus in aliquo corpore eſt cuius noticia cauſat̃ mediante obiecto debite approximato ⁊ debite diſpoſita potentia ⁊ diaphano illuminato.
¶ Color improprie dictus eſt cui⁹ noticia nō cauſat̃ mediāte diaphano illuminato ſʒ ex approximatione debita obiecti cum debita diſpoſitione potentie viſiue vt color noctiluce cuius notitia cauſat̃ abſq̃ illuminatione diaphane.
¶ Unde noctiluca duplicē habet colorem ſcilicet proprie dictum quo videtur de die ⁊ improprie dictum quo videtur de nocte.
¶ Ex predictis reſultat ſolutio queſtionis ſcʒ cauſe quare colores videntur ſunt iſte ſcilicet debita diſpoſitio potentie viſiue inde debita approximatio obiecti.
¶ Tertio diaphanum: demum illuminatio diaphani. tres prime cauſe ſunt in colore improprie dicto: ſed omnes quatuor in colore proprie dicto.

¶ Finis queſtionum crathonicarum deo agamus actiones gratiarum.

Quoniā igit̃ ⁊c. Hec eſt vltima pars operis ſcripti. q̄d nōnulli impfectū arbitrant̃ eo q̄ ꝑuētus morte nō potuerit alia q̃ cōceperat ꝑſequi. bonā tñ vt videbim⁹ cōcluſionē facit: ⁊ fere q̃ ad cōſolationē neceſſaria videbant̃ iam dicta ſunt. Intueamur nūc quātū fas ē. Bene dicit quātū fas eſt: q: de deo ſapiēdū ē ad ſobrietatē. dictūq̃ʒ ē. altiora te ne q̄ſieris. verū q: de⁹ amari nō pōt niſi vtcūq̃ not⁹ etiā noſcitādus ē. De hoc aūt vocabulo tueri: ſcies q̄ duo ſignificat. ſeruare. ſ. cuſtodire aut ꝓtegere ⁊ inſpicere. Et lʒ Alexā. varias voces indicādi det vt pro priore tueor: pro ſcd̄o tuor iuxta verſiculum. Dic tuor inſpicio: tueor defendere dico. tamē in vtroq̃ʒ ſignificato apud idoneos tueor ſecūde declinationis inuenies. vt hoc loco intueamur. Nā ſi intuor diceret̃: eſſet hic dicendū intueamur. Itē q̄ alexander tuor facere tuitū in ſupino: tueor tu ... inuenies a tueor vtrūq̃ʒ dici. Nā inſpectio dicit̃ a multis intuitus: ⁊ a Uergi. etiā obtutus nō ob-

Aſceſt⁹.
Tueri.

tuitus. Ueruntamē nō eſt dubium etiam tuoꝛ dici. vnde Statius in achilleide. Utero modo cōtuoꝛ
Eternuꝫ. enſes. Cui nec futuri quicꝙ abſit. Sic legendum eſt nō quicq̄d: ſicut pleriqꝫ legunt. Eternū ſi vt qui
dam volunt: ab ethere deflectit. deberet in pꝛima ſillaba habere ae dipthongon: ⁊ in ſecūda h ⁊ ſcri-
bi aethernū. Ideo aūt ab ethere deductū volunt: qꝛ ſicut ether. i. celū cū ſit ſpherice figure nō habet
Perpe- tuum. pꝛincipiū neqꝫ finē: ita nec ethernū in tp̄e. Perpetuū aūt ſine dubio d̄ꝛ a per ⁊ peto. illud aūt perpetit
q̄d ſemper petit. i. aggredit̄ q̄d ſequit̄. vnde perpetuuꝫ tempus eſt cuius vna pars procedēdo ſemper
Cōtinuū petit ⁊ viget aliam. Sicut cōtinuū a cōtinēdo quādo vna pars cōtinuat aliam. ⁊ cōtiguum a cōtin-
Aſſiduū gendo ꝙ vna cōtingit aliam. ⁊ aſſiduo ab aſſidendo quādo vna aſſidet alteri. Reſpondebo nāqꝫ ⁊c.
Oꝛdo eſt. Nam reſpondebo idem futurum. i. aliquid vnum: ⁊ idem q̄d eſt futurum videri neceſſariū.
quum. i. qū refert̄ ad diuinā notionem. vero pꝛo ſed videri liberum ⁊ pꝛoꝛſus. i. poꝛro verſus: hoc eſt
Auerſoꝛ omnino eſſe ſolutum a neceſſitate ſcilicet quum. i. quādo perpendit̄. i. conſiderat̄ in ſua. i. pꝛopꝛia na-
tura. Auerſamini igit̄ vitia ⁊c. qꝛ inquit certū eſt pctm̄ eſſe voluntariuꝫ ⁊ ex libero arbitrio pꝛoduci:
igit̄ auerſamini. i. deteſtamini vitia. Hic male ſcriptū erat aduerſamini. Nam aduerſoꝛ datiuo iun-
git̄: ⁊ idem eſt q̄d aduerſarius ſum. Auerſoꝛ aūt actō ⁊ ſignificat deteſtari: aut denegare. Oui. in fa-
ſtis. Officioqꝫ leuem nō aduerſatus honoꝛē. Et autoꝛ noſter in pꝛimo carmine pꝛimi libꝛi pꝛimitiuū
ſic poſuiſſe videt̄: cū ait. Heu heu q̄ꝫ ſurda miſeros auertit̄ aure. Itē qꝛ operibus bonis libere factis
dabunt̄ pꝛemia: igit̄ colite virtutes. Et qꝛ qui cuncta pꝛeuidet etiam media pꝛeuidet: vultqꝫ vt ſalus
noſtra p̄cibus impetret̄. Igit̄ ad rectas ſpes animū ſubleuate: ⁊ humiles pꝛeces in excelſa poꝛrigite.
Humile dicit̄ ab humo. Eſt ergo anthiteton in his vocabulis humiles et excelſa. Magna vobis eſt
indita. Indere ratum eſt: ⁊ tamen ab euo deflectit̄ inditus indita inditum. Sicut nec pꝛedere legit̄: ⁊
tn̄ p̄ditus frequentiſſime. Eſt aūt indictū a natura inſitū aut impoſitū. Cum ante oculos agatis iu-
dicis cūcta cernētis. Ad hoc ꝓpoſitū dictū eſt a ſancto viro. Si vis deū timere cogita illū cūcta vi-
dere. Uergētius aūt hic d̄ꝛ. iudicis cūcta cernētis. Si em̄ iudex eſt: ergo timēdus. ¶ Hec ſunt q̄ Ste
phane optime in Boetij cōſolationē habui explanāda. In quibus grāmatici munus geſſi: qꝛ philo-
ſophicū reliquū cōmētariū inueni. Qꝛ vero ſemel vnā rē declaraui q̄ vſuuenit: ope p̄ciū duxi eoꝛuꝫ q̄
peculiariter explanaui indicē ⁊ repertoꝛiū alphabeticū ſuperaddere: adiuncturus apicē ex. M. Fa-
bio Quintiliano de ſcholarium (vt ita dicā) diſciplina: ſed pꝛius pꝛioꝛis cōmēti tabulam poſuimus.

¶ Finis Boe. de conſolatu philoſophico ⁊ cōmetarioꝛū diui Thome. Raymūdi necnon ⁊
Aſcenſij. cui libellum illuꝫ de diſciplina ſcholariū eidē autoꝛi aſcriptū: tametſi falſo (vt mul
ti volunt) ilico apponendum curauimus.

UNIVERSITARIA

Boetius de diſciplina ſcholarium ab
Aſcenſio compēdioſe dilucideqꝫ ex
planatus: vna cuꝫ Quintiliani
de officio diſcipulorum com
pendio. ⁊ Sulpitij de mo
ribus menſarum car-
mine iuuenili ab
eodem Aſcen
ſio expla-
nato.

✠

IOTECA UNIVERSITARIA

# Proemium.

VEſtra nouit intentio. In hoc prohemio prelibat rem de qua ſcripturus eſt: qꝛ de diſcipli na ſcholariū: ⁊ cauſam ſcribēdi: qꝛ ꝑcibus Martiani ⁊ alioꝝ inductus: eis morē gerere ꝑtēdit. Et difficultatē in ſcribēdo: vt ab ea munus ſuū cōmēdet: ſicut ille ī Bucco. Preterea duo nec tuta mihi valle repti Capreoli ⁊c. Et ille in eunucho. Ab ethiopia eſt vſqꝫ hec. Difficultas aūt eſt idcirco ꝙ alijs occupatus negotijs. Diuidit ꝑterea opuſillic. In primis ⁊c. Tādē aūt purgat ſtili tenuitatem docēs eā vtilem ⁊ materie ſubiecte cōgruā. Cetera ex ordine patebūt ꝗ talis ē. ¶ O Martiane vr̄a intētio i. intelligētia ⁊ vt dicūt cognitio (quo vno ꝟbo ꝑſuadeor gallicū eē hu9 operis autorē. nam galloꝝ more ad vnuꝫ loquēs pluriū vtit̄ ꝓ noīe: ⁊ intētionē eo modo ponit quo galli entendre pro intelligere dicūt) nouit poſtulare. i. exigere. in quo dicto videtur queſitus: ſꝫ nō inuētus fucus. multo eīn decētius diceret. Intētio tua poſtulat tractatū cōpēdioſum. i. breuē quaſi cōpēdo ad intentū decentem: de diſciplina. i. eruditiōe in vita degēda ſcholariū. i. ſcholaſticoꝝ rei literarie vacantiū. Tentabo. i. conabor ⁊ moliar acquieſcere veſtris petitiōibus amicis vt dicūt amicabilib9: vtinā ſcꝫ poſtules aut potius lege vtiqꝫ vt ſit. tentabo vtiqꝫ a ſpūs mei paruitate. i. modicitate ꝓut. i. ſm ꝙ facultas. ſ. ingenij alijs occupati negotijs ſuppetit. i. ſuppeditet ⁊ decliuitas. i. humilitas igenij anxij. ſ. ⁊ tenacitas. i. ꝑſeuerātia ⁊ cōtinuatio erūnarū i. caſuū ⁊ calamitatū meaꝝ. Tētabo inquā: licet: vbi male ſcriptū erat. Et lꝫ ⁊c. ſim impeditus duplici gn̄e cōmētoꝝ nō tn̄ lꝫ duplici oīno diuerſoꝝ: qꝛ vtraqꝫ in ph̄iam ſunt: ſed tn̄ duplici: quia in quaſdā editiones Ariſtotelis id eſt in quedā ſcripta edita ab ariſtotele necnō. i. etiā in quaſdā editiones alioꝝ ph̄oꝝ: qꝫ pro ⁊ licet ſim attenuatus ꝓprio ſtudio quo noua ſcribo ⁊ licet ſim corroſus cruciatu inhumani. i. immanis ⁊ crudelis atqꝫ efferi regis Gottoꝝ ſcilicet Theodorici: a quo captus erat: aut potius id ſimulat qui hoc opus illi aſcribenduꝫ effinxit. tentabo rurſus inquaꝫ ꝑmollitus. i. mitigatus ⁊ leuior effectus: ꝑſpicatione. i. perſpicaci ſcrutatione. extrema. i. ſumma: videlicet trinitatis profunde: quia diuine eſſentie ad oīa pertingētis: ⁊ cōſolatu philoſophico ꝑeueniēte me: ne ſcilicet merore: aut aduerſitatibus peſſundet. ¶ Et ita tangunt̄ opera Boetiana: qꝛ de ſancta trinitate cōpoſuit op9: verū nōdū cōpoſuiſſe videt̄ de cōſolatiōe: ideoqꝫ ſi velim9 hoc opus Boetio aſcribere dicemus: cōſolatiuum philoſophicū ꝑueniſſe: qꝛ priuſqꝫ ſcriberet̄ alijs ꝑuenit ipm̄. Docet deinceps quomodo ſit ꝑmollitus. Legunt tamen quidam ꝑmolitus. i. ad extremū conatus: ⁊ ita doceat qꝛ conatus ſit. Quia videlicet ſuauiſſima eſt talium rerū cognitio. vnde dicit. Enim ꝓ qꝛ: q̄d eſt lucidius. i. ſplendidius in exercitu: id eſt exercitio gymnaſiorum. i. ludoꝝ ſeu locoꝝ vbi fiunt exercitia q̄ꝫ cognitio debita in progreſſione artificiali ⁊ naturali: id eſt rerū humanarū agnitione: ⁊ q̄ꝫ exhibitio gradualis: id eſt per gradus: procedendo ab artificialibus que hoīm ſunt opera ad naturalia que dei ⁊ nature ſunt: ⁊ naturalib9 ad diuina: quaſi dicat nihil docet ꝙ ſint artificialia ⁊ naturalia dicens. Enim pro qꝛ nos nouimus partes eloquētie ſtabiliri: id eſt cōfirmari ⁊ ſtabiles reddi decen-




¶ Hic incipit proemium.

VEſtra nouit intentio de ſcholarium diſciplina cōpēdioſum poſtulare tractatū: vtinā cōpēdioſuꝫ a ſpūs mei paruitate ꝓut facultas ſuppetit: īgenij decliuitas: erūnarūqꝫ tenacitas amicis veſtris. O Martiane petitionibus tētabo acq̄eſcere: licet duplici gn̄e cōmētoꝝ ſim īpeditus: nō tn̄ oīno diuerſoꝝ in quaſdā Ariſtotelis necnon alioꝝ philoſophoꝝ editiōes: proprioqꝫ attenuat9 ſtudio ⁊ inhumani regis gotthoꝝ cruciatu corroſus philoſophico me ꝑueniēte ꝯſolatu: extremaqꝫ ꝓfunde trinitatis ꝑſpicatiōe ꝑmollit9. Quid eīn in gymnaſioꝝ exercitu eſt lucidius q̄ꝫ in artificiali ⁊ naturali progreſſiōe debita cognitio: ⁊ q̄ꝫ virium ītelligētie gruadualis exhibitio: Eloquētie eīn partes decenti naturalium et artificialium proceſſu et perſpicua intelligentie comprehenſione nouimus ſtabiliri.

ti proceſſu.i.progreſſione artificialium ⁊ naturalium:q2 eloquentia ⁊ elegantia ſermonis ad artem ſpectat facunda pnūciatio ad naturā:⁊ pſpicua.i.clara cōprehenſiōe intelligētie.ſ.noſtre qua ſcilicet nos intelligim⁹. ¶ In primis. Diuidit vt dicit opus dicens. Ergo.i.vt inſtitutum noſtrū tangā: prima oblectamenta puerorum.i.quibus primum oblectantur pueri:ſunt prelibanda.i.pmo loco attingenda in primis.i.pcipue. Videlicet.i.videre licet:quare in primis:q2 in ſecundo.ſ.loco ſup.prelibandum aut docendum:eſt qualiter elatio.i.extollentia:adultoruz.i.puectorum ſit ſubijcienda.i.ſummitenda magiſtratui.i.autoritati ⁊ maieſtati preceptoris: ⁊ connectenda.i.coniungēda diſcipline. Tertio.ſ.docendum aut agendum eſt de elatione eorum:ſcꝫ adultoꝝ reprimēda. exponendo diſtincte commendationem exemploꝝ. Quarto.ſ.agendū eſt de ſagaci.i.pſaga ⁊ puidenti puiſione:ſcilicet de annona ⁊ annuo penu ſcholarium et de ſtatione graduali.i.per gradus ⁊ claſſes. Quinto ſcꝫ docendum eſt qualiter venerabilis ac ſincera deuotio ſcholarium ſit proferenda.i.pmouenda ad magiſteriū. Sexto ſcilꝫ docendum eſt de norma.i.regula:⁊ trina.i.triplici diuiſione magiſtrātium.i.iam in magiſterio exiſtentium.et de ſtatu ſcilicet magiſtrantium erga ſubditos:⁊ de modo docendi precognito ſcꝫ ab eo tēpore duo diſcipuli erāt:quia quo modo didicerunt docēt. Aūt pro ſed nos ſuſcepim⁹ hec.ſ.predicta peragēda.i. ad finem vſq; tractanda ad cognitionem intelligentie:omittentes fere totum priſtinum.i.antiquū noſtrū modū.i.morē tractādi peruſi.i.ad finē vſq; vſi.nūq;.i.non vnq; prius leuiori.i.faciliori ⁊ vulgariori ſtilo.i.dicendi forma:quoniā executio ſ.hui⁹ opis eſt in maiori pte pro rudib⁹ informandis.i.ad informādos ⁊ ad inſtituēdos rudes:⁊ tanto.i.pro tanto dꝫ tranſlatio dilucidādi.i.rō hec dilucide transferendi:eſſe leuior.i.facilior.

¶ Imprimis ergo prima ſcilicet puerorū oblectamēta ſunt plibāda. Scdō videlicet qualiter adultorum elatio magiſtratui ſubijcienda ſit:⁊ diſcipline connectenda. Tertio de eoruꝫ elatione reprimenda: exemploruꝫ cōmendationem diſtincte exponendo. Quarto de ſcholariū ſagaci prouiſiōe:eorūq; graduali ſtatione. Quīto qualiter ſcholariū venerabilis ac ſincera deuotio ad magiſteriū proferēda ſit. Sexto de magiſtrantiū norma:trinaq; diuiſiōe:ſtatuq; erga ſubditos: modoq; docēdi pcognitio. ¶ Hec autem ad intelligētie cognitionē ſuſcepimus peragenda: priſtinum modum tractandi fere omittentes nunq; leuiori ſtilo puſi qm̄ i maiori pte p rudib⁹ informādis ē executio. Et tāto leuior dilucidādi debet eſſe trāſlatio.

¶ Finis proemij.     ¶ Seq̄tur tractatus.

¶ Capitulum primum.



Cum aūt indiſcreti tipo t ētis ſeptēnis infantia ducit ad imbuēdū: cauēduꝫ ē ne mēbroꝝ idecēs ſit diſpoſitio: vt pote itegra-

Cum aūt indiſcreti. Hoc eſt primuꝫ e ſex capitulis ptis executiue:in quo dat diſciplinā rudib⁹ ⁊ penit⁹ nouicijs tā primū videlꝫ incipiētib⁹:docēs pmo tēpus quo diſcere incipiant.q2 pacto ſeptennio. Quintilian⁹ tn̄ citius inſtituendū docet futurū oratorem. Secūdo corpis diſpoſitionē:quā decentē exigit:vn̄ ⁊ pythagoram aiunt: priuſq; quenuis in diſcipulum aſſumeret totum corpus pſcrutatum veꝝ ſepe nobile ingenium vile inhabitat corpuſculum: Vn̄ apud Aulū gelliū epictet⁹ ſtoic⁹ phs nobiliſſim⁹ de ſe dt. Seru⁹ epictet⁹ fuerā qui corpe manc⁹:pauperie pſſus charus eram ſuperis. Eſopū ēt illum fabulatorē phrygiū q̄ apologos lepidiſſimos ſcripſit:mōſtroſo fere corpore fuiſſe aiūt:ſed vt not⁹ eſt autor:ingenio pollet cui vim natura negauit. Nō ergo recte monet diſtorta corpa a literis arcēda:ſꝫ ne diſtorta fiant nimis imbecillia nō eſſe recipiēda:veꝝ puerliter timet ppli irriſionē:ſi in cetu ſcholaſticoꝝ videaſ diſtortis mēbris. Tertio celi atq; aerꝭ tēperiē:q2 neq; in brumali frigore:neq; ſub eſtiuali caumate debēt teneriores inſtitui. Quarto vict⁹ tēperentiā de qua illic dicam. Cibariorum aūt ⁊c. ¶ Ordo hic eſt. Aūt p ſed:cum.i. qn̄ infantia ſeptēnis.i.ſeptēnalis ſeu ſeptenaria:hoc eſt ſeptem annorum vbi finis eſt infantie. ⁊ principium pudicitie: ſubau-

liū: ⁊ ne aeris intēperies vtpote cōſtringētis hyemis obtuſitas: ⁊ cōburētis eſtatis profunditas ꝑiculi generet incremētum. ¶ Legitur enī Timothei filium lepra incūbente: caſtratuꝫ: loripedem: gibbo tumentem doctrine mancipatum plebeiaꝫ extitiſſe obiectionem. ſuorūqꝫ ſocioꝝ detractionē ridiculoſam. Similiter pretoris ſuburbani filium canicula inſtigante literis vidimus mācipatuꝫ. Cū aūt ſolita non gauderet vmbrella ꝓpria virtute deſtitutꝰ: ictericie pena permollitus ex vitalibus tandem ſpiritibus attenuatus limphatico morbo occubuit. Ecce quantum difficultatis membrorum indecens diſpoſitio ⁊ aeris intēperies teneritati puerili cōtulerūt. ¶ Cibariorum aūt mediocris ſit facultas: potius aūt ſi tenuis: eiuſdēqꝫ parcitas. Veſtiū aūt ſimiliter aſſit (alias abſit) penuria. ¶ In primis igiꝉ figurarū elemēta repſentātiuꝫ imprimēda eſt dilectio: cōiūgēdarūqꝫ literarū nō parū artificioſa cōiūctio. Nec tali laborioſo certamini multum eſt inſiſtēdum: nec cito (vt Seruio placet) abeundū. qm̄ ſi vſus eſt in multis promptior in alijs reperitur tanto ⁊ habilior. ¶ Secundum laborioſi

